


In hoc Signo Vinces

PETR. FRID. ARPE

DE PRODIGIOSIS
NATURÆ ET ARTIS
OPERIBUS


TALISMANES
ET
AMULETA
DICTIS
CUM RECENSIONE SCRIPTORUM
HUIUS ARGUMENTI
LIBER SINGULARIS.






HAMBURGI,
Apud CHRISTIAN. LIEBEZEIT.
1717.





SERENISSIMO & CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
CAROLO FRIDERICO,
HÆREDI NORWEGIÆ,
SUPREMO DUCI SLESVICI, DUCI
HOLSATIÆ, STORMARIÆ ET
DITMARSIÆ, COMITI IN OLDENBURG ET DELMENHORST,
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.
AVITARUM
VIRTUTUM ET MERITORUM
STATORI SUMMO,
PATRIÆ SPEI, SUBDITORUM PRÆSIDIO,
ACADEMIÆ SUÆ
TUTELARI GENIO.
HANC DISSERTATIONEM
DE
GENIIS TUTELARIBUS
ET
PRODIGIOSIS NATURÆ ARTISQVE OPERIBUS
DEVOTÆ MENTIS ET HUMILLIMI OBSEQVII
PERPETUUM PIGNUS
SACRAM ESSE VOLUIT
AUTOR.



PRÆFATIO AD LECTOREM.

DUm otium fallere, & aliquot horas Musis severioribus eripere animus est, forte elegantem Viri Clariss. Dissertationem de *Talismanibus* evolvo, in qua §. I. de defectu scriptorum acerbe queritur, qui ante eum hoc argumentum illustrare conati fuerant. Hæsi equidem & hoc nimis occupato excidisse credens, taci-

tacitus prætermisissem, nisi alii quidam, quibus numerum ingentem scriptorum commemorabam, ipsi suis suffragiis adfuissent, qui meum permoverunt studium, ut qualecunque illud, scriptoribus *de imaginibus astrologicis & magicis* impendere voluerim. Non me fugit quidem, hæc quo a vulgo remotiora, eo propinquiora calumniæ, & diu sæculi genius restitit, ne fœtum ederem, tenuitas ingenii, novitatis invidia, argumenti salebræ. Tandem hæc omnia missa faciens me

menon invito eluctatur e tenebris liber & publicum experiri audet judicium

Mene moveat cimex Pantilius, *aut movear, quod Vellicet absentem* Demetrius.

Averruncabunt ipsi scriptores, si quid est in iis subsidii, otiosorum nænias, malevolorum vaframenta & indoctorum nugas. Tutius per plana, sed humilius & depressius iter: frequentior currentibus quam reptantibus lapsus: sed his nulla laus, illis nonnulla, etiamsi labantur. Vale!





CAP. I.

DE

ORTU, PROGRESSU, & ANTIQUITATE ARTIS TALISMANICÆ

Argumentum.

Expoſita vocis ſignificatione, cum origo ipſius ad antediluviana *deduci poſſet tempora, ad* Noachi *& poſterorum ævum revocatur.* Chamum *primum eorum autorem fuiſſe quidam volunt, quem avidiſſime ſecuti* Ægyptii *ejus nepotes, quorum ſuperſtitioſæ artes pluribus denudantur. Ex* Chaldæis *huc veniunt Thare Abrahami pater, idolorum faber, & Laban cum Teraphis ſuis. Ex* Hebræis *Aaronis vitulus, & apud quosdam (quamvis perperam) Moſis ſerpens æneus. Rectius Davidis lares, Jeroboami vituli, Michæ idola, Philiſtæorum mures, Regii Chaldæorum Teraphi, de quibus ſingulis Scriptores ſubjiciuntur. Et de Phylacteriis* quoque Judæorum *& ſuperſtitioſis reliquis artibus diſſeritur. De Diis* Syrorum, Sabiorum *impiis conatibus, literis* Epheſiis, *Gygis & Niſſiæ apud*

Lydos *annulis.* Trojanorum *palladio &* Indorum *ferro grandinem averrunco, gladiis Gangis, nec non* Sinensium *icunculis. Porro* Philosophi *telesmatum artifices prodeunt.* Zamolxis, Orpheus, Eumolpus, Epimenides, Pythagoras, Empedocles. *Plura de* Homero, Virgilio, Apollonio Thyaneo, aliisque, Proclo, Apulejo, Lajo, Libanio, Asclepiade. GRÆCI *mysteriis salutem quaerunt suis, de quibus Meursius, Joh. Lomeyerus, A. van Dale & nos ex Demosthene. Praeterea fatalium & potentium imaginum admiratores summi, quas Pericles, Diophantus, Alexander privatim venerantur. De annulis physicis & pharmacitis; nec non de Romanorum firmamentis imperii: Deo Termino, Diis tutelaribus, Penatibus & Laribus, Hecate, Silvano, Priapo & statua Tanaquilis mirifica. De L. Syllæ, C. Jul. Cæsaris, Neronis, Galbæ & Macri, anorum telesmatibus, ut & de sigilliolis, superstitionibus in puerperiis, carminibusque mirificis, quæ in Pontificum libris continebantur. De consecratis itidem statuis Romanorum & Græcorum, donec capta interiit Constantinopolis; Quid denique inter* Christianos, *Gnosticos aliosque,* Arabes *& antiquitus inter* Germanos *populosque* septentrionales, *nec non in* Hispania & Gallia *valuerint, observo & illorum superstitiosam diligentiam, qui numerum Telesmatum in immensum augent, retundo.*

TALIS-

TALISMANN vox illa usitatissima qua hodié *Talismanes* vocantur, imagines, characteres & literæ, certo cœli positu, variis modis, ad varios mirabiles effectus compositæ: ab *Arabibus* desumpta videtur, quorum autoritate *Turcæ* sacerdotes harum artifices *Talismanes* appellitant (1) Chaldæis & Persis *Tsilmenaja*, & *Tilsemoht*; Hebræis *Tselem* & *Teraphim*; Græcis τελέσματα, *phylacteria*, στοιχεῖα & *Stoichicæ statuæ*, Romanis *amuleta* ab amula vase sacro expiatorio, aut *Amoleta* ab amoliendo dicuntur, *Proebia* a præbendo aut prohibendo. *Definitio & Synonimia vocis.*

HARUM imaginum autorem antediluvium fuisse nonum Gigantum & artem deducendi stellas tradidisse dicit *Henochus*, (2) sed stramineus & futilis. Ejusdem scilicet farinæ, quam illa sunt, quæ de NACRAO, primo Rege *Ægyptiorum* ante diluvium inepte fingunt Arabes, quod duo idola e lapide struxerit, quæ fures præsentes se removere prohibuerint. (3) *Origo antediluviana.*

POST diluvium cum *Noachidæ* timorem, quem mire turgentes & undique perrupti aquæ fontes incusserant, jamjam deponerent, lucidissima *Progressus post diluvium.*

(1) Leunclav. histor. Musulm. p. 361. Hofman. in lexico.
(2) Kircher. Oedip. Ægypt. Part. I. Tom. II. pag. 70. Thom. Bang. in cœl. orient. pag. 30. Jurieu histor. antiqv. de cult. p. 25.
(3) Kirch. Oedip. Ægypt. Tom. I. Syntagm. I. p. 72.

in cœlo conſpicientes corpora hæſerunt facilè & cœleſte hoc lumen viribus mirandis non carere crediderunt. His igitur arbitris ſublunaria omnia ſubjecerunt corpora, & cuivis ſtellæ ad idololatriam per ſe proclives, cultum detulerunt indebitum. Hinc ſimulacra eis dicata, ſacra & devota phantasmata, & ſimulacris ſacella, (1) quæ quidem magna pars antiquiſſimæ ſuperſtitionis fuit. Populus cœcutiens, novitatis avidus, & falſæ religionis metu perculſus, hiſce Diis, ut credebat, cœleſtibus poteſtatem ſtatim maximam detulit. Unde ſubinde pullulare cœpit ars Talismanica; Jamque ipſum CHAMUM filium *Noe* hanc ſcientiam exercuiſſe *Abenephus* (2) Arabs autor eſt, quem *Zoroaſtrem* quidam dictum volunt, quod *Georgius Turonenſis* explicat viventem ſtellam, *Dinon* aſtrorum Sacerdotem, alii aſtrorum filium & cultorem.

Poſt hos *Ægyptii*, *Chaldæi*, *Hebræi*, *Phœnices*, *Syri*, *Zabii*, *Jones*, *Lydii*, *Phryges*, *Indi* mirabilium feruntur Teleſmatum artifices.

Apud Ægyptios PRÆSERTIM ÆGYPTII hisce ſacris dedititiſſimi, multum operis ſtudiique ſimilibus impenderunt imaginibus, tanto ſuperſtitionis augmento, ut vix homo aut brutum eſſet, quod iis careret. Somniabant enim cuivis loco, animali, homini, arbori, plantæ, metallove ſuos adeſſe genios bonos

(1) Marmon. de idolol. cap. I. Cherbury de relig. gent.
(2) Abeneph. de myſter. Ægypt. apud Kirch. l. c. Tom. I. Sect. 4. p. 250.

bonos malosve, quos facilius inveniebant, quam malvam aut aſphodelum in hortis, quorum alterum miro cultu ſibi propitium reddere tentabant, ut averruncarent alterum. Illum non ſolum expugnare, ſed & in ſtatuas compellere ſe poſſe credebant, ſi certis ſuffumigiis, verbis ſacris, carminibus, expiationibus, literis myſticis & characteribus, certo tempore aggrederentur. Hanc *Hieroglyphicis* inſeruerant arcanam ſapientiam.

Sculptaque ſervabant magicas animalia linguas.

Ita apud eos imago *Serapidis* ad fœcunditatem terræ: *Canopi* ad Nili exundationem: *Apidis* contra ſiccitatem; *Accipitris* contra peſtem valebat & frequentiſſima ſunt in antiquis eorum monumentis *Ibidis*, *Scarabæi*, *Bovis*, *Crocodilli*, *Cynocephali*, *Æluri* ſimulacra:

Quis neſcit qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc: illa pavet ſaturam ſerpentibus Ibin:
Effigies ſacri nitet aurea Cercopitheci,
Dimidio magicæ reſonant ubi Memnone chordæ. (1)

Reverebantur inſuper præter cœtera Numina *Iſin* & *Oſirin*, tanquam *Jatricos genios*, quos pro morborum ratione in varia materia ſummo ſtudio incidebant. Quibus *Harpocrates* adjiciebatur, ex cujus nomine *Harpocratica* vocantur *amuleta*, quæ ad ſapientiam & divinationem uſum habere volunt. De cujus Deunculi ſtatuis diſſeruit poſt *Kircherum*, Illuſtr. *Gisbertus Cuperus*. (2) Habebant præterea *media-*

(1) Juvenal. Sat. 15.
(2) Diſſert. prodiit. Traj. 1677. 4. & ibid. decennio poſt.

tores Deos, quorum simulacris sanctissima quæque ornabant, ut *Chrysippus* de antro Mythræ testatur (1) Nec non XXXVI. Dæmones Præsides facierum seu *Decanorum* cujuslibet signi Zodiaci, de quibus olim *Hermes*, *Teucer* & *Necepsus* scripserant, (2) ostenderantque eorum in Astronomia & Medicina usum. His singulis nomina, quibus vocarentur, erant indita, & ad cujuslibet membri sanationem remedium esse speciale credebant, si illos compellare nossent, cum *Diis* illis *Liturgis* & munificibus, quorum tres singulis *Decanis* fidelissime, ex eorum sententia, inserviebant. (3) Imo vero ne ulla particula genio careret, singulis animantium speciebus specialem præfecerant custodem, ut ex *Botri Teletis* & *Apollonii* anecdotis docet *Gaulminus*. (4) Hos conjurare & evocare mirificis conabantur ceremoniis, ut in statuis sibi struerent magnipolentos Deos, quas Liber *Asclepius*, (5) quem *Hermeti* termagno perperam tribuunt, statuas animatas dicit, sensu & spiritu plenas tantaque facientes & talia; statuas futurorum præscias, ea quæ forte omnis Vates ignoret in multis & variis rebus prædicentes, imbecillitates hominum facientes, easque curantes. Talis erat ISIDIS quam sibi amuletum appendisse fabulan-

(1) Kircher, Tom. III. Synz. 17. p. 495.
(2) Firmic. libr. IV. cap. 16. Salmas. ad Solin. & de ann. climact. p. 610. Stanley de phil. orient. p. 582.
(3) Origen. advers. Cels. libr. 8. Salmas. l. c.
(4) Gaulm. in not ad Vit. Mos. lib. I. c. 11. p. 144.
(5) Asclepius c. 9.

lantur cognomento, (1) *Veritas* quod Sacerdotum Princeps postmodum portabat. Talis BAALZEPHON, qui positus erat ad averruncandos hostes, & ut fugitivos servos fines transire non pateretur, quod *Rabbini* & ex iis *Fragius*, *Kircherus*, *Varenius*, *Schmuckius*, negante *Seldeno*, affirmant. De celeberrima illa, quæ *Memnonis* credebatur statua: (Alii *Phamenophis* aut *Sesostridis* fuisse volunt, (2) neque enim adjiciebatur nomen) quæ sub ortum solis sonum immota reddebat, multa & Græci & Latini narrant scriptores (3) uti de *Nectanebo* Rege certa imagine Olympiæ amorem sollicitante & naves adversariorum mergente, pseudo-*Callisthenes*. (4) Posteris temporibus Crocodylus etiam plumbeus aliquando apud eos repertus (5) est notis *Hieroglyphicis* insignitus, quo ab *Humeht aben Thau* Califa sublato atrociores multo quam antea senserunt bestias indigenæ. Statua itidem erat 86. pedum opus cujusdam *Ptolomæi* (Pompeji dicebatur) ad averruncandas armatas naves in portu *Alexandriæ*, cujus impositum vitrum ignem flammasque hostilibus injiciebat navigiis. (6)

(1) Plutarch. de Isid. & Osir. c. 8. Diodor. Sic. lib. I. Ælian. lib. XIV. c. 34.
(2) Pausan. Attic. cap. 40. Dio in orat. Rhodiac.
(3) Lucian. in Philos. Strab. lib. XVII. p. 628. Geogr. Tacit. ann. 2. cap. 61. Plin. hist. nat. lib. XXXVI. cap. 7. Spart. in Sev. Philostr. in Stat. n. 9.
(4) Agripp. occult. Philos. libr. II. cap. 50.
(5) Cardan. de Subtil. Scalig. exercit. 96. n. C. Sandys itiner. pag. 210.
(6) Herbelot. bibl. orient. p. 376. Sandys itin. p. 247.

Sed neque quam multæ species; nec nomina quæ sint
Est numerus, neque enim numero comprendere refert,
Quem qui scire velit Lybici velit æquoris idem
Discere, quam multæ Zephyro turbentur arenæ. (1)

Chaldæi. CHALDÆOS & BABYLONIOS summos Astrologos fuisse & ex Astrologiæ magnam partem artis conficiendarum telesmatum esse ortam, quis ignorat? Hos igitur inter primos quoque autores collocare non dubito, præsertim si iis astipulari animus est, qui *Thare*, parentem Abrahami, Chaldæum natione, statuas fecisse, adhibita Astrologiæ observatione arbitrantur. (2) Sane inter ejus *Hebræi.* nepotes simulacra quæ *Teraphim* dicuntur, interpres Syrus *Tsilmenaja* vertit, hic locum jure merentur. Quales existimantur imagines, quas *Rahel* patri suffurata est, statuæ ut *R. David Kimchi* credit, ad futurorum prædictionem ope Astrologiæ confectæ, quas ei surripuerit *Rahel*, *Abenesra* autore, (3) non ut patrem ab idololatria avelleret, alioquin potius alicubi, non in via, fuisse celaturam, & non secum adeo procul delaturam; sed timuisse, ne fugam proderent. Quod singulari dissertatione ulterius explanare constituerat *Francisc. Woer-*

(1) Virgil. Georgic. lib. II. n. 103.
(2) Suid. voc. Abraham. Fabric. cod. pseudep. V. T. pag. 336.
(3) Genes. cap. 31. Stanley philos. orient. p. 71.

Woergerus Lubecensis. (1) Sic cum Teraphi *Hebræis* ab ultima stirpe essent cogniti & tempore Ægyptiacæ habitationis mirum in modum crevisset superstitio, ad cultum stellis per icunculas tales & statuas exhibendum fuerunt utique paratissimi. Inde vitulum aureum *Aarone* autore strui curarunt, ut eorum Astrologi putant, ad occupandum *Veneris Lunæque* favorem contra *Scorpionis* & Martis influxum Judæis infestum. (2) Nec desunt, qui *æneum serpentem* a MOYSE in eremo adversus hydrarum morsus erectum huc referant. (3) Sed qui nihil in eo, præter astrorum influxum & occultas naturæ vires venantur, præclare errant, & merentur, quod ille qui *Aaronis* idololatriam excusare ausus est *Franciscus Moncæus*, ideo censura publica & a *Roberto Visono & Dorschæo* castigatus, quibus stricturas Moncæjo-Visonanas addere cogitabat aliquando Cl. *Joh. Fried. Meyerus*. (4) Interim de serpente æneo adeundi *Georg. Mœbius, Petr. Paul. Bosca, Ursinus, Jo. Saubertus*, & M. Gregorius Strigenitius. Huc veniunt *Davidis* Lares, & *Jeroboami* vituli, quibus quidam adjiciunt *Philistæorum* mures podicesque au-

(1) Mehlführ. ad Almelo v. biblioth. latent.
(2) Kircher. Oedip. Ægypt. Tom. I. Syntagm. 4. p. 299. Furn. de vita libr. III. cap. 13. Michael. ad Gaffarell. pag. 274.
(3) Marsham. in can. chron. p. 148. Saubert. in palæstr. Th philolog. p. 338.
(4) Ej. Aaron purgatus prod. Atreb. 1606. in 8. Lond. & Frf. 1675. in 8. a quo solo tit. differt. Lipsiens. Ann. 1689 in 8. Val. Andr. in biblioth. Belgic.

reos hæmorrhoidum averruncos, (1) nec non *Michæ* & Regis *Chaldæorum* Teraphos; cujus & Propheta meminit & Judæi hodiernum in suis cantilenis, de quibus longa oratione uti non opus est, postquam de Teraphis *August. Pfeifferus*, (2) *Jo. Terserus*, (3) *Haquinus Strasberg & Jo. Christoph. Wichmanshausen* (4) dissertationes suas ediderunt. Promisit & *Labanum* sive de Teraphis statuis mysteriosis librum, quem modo citavi, *Moncæus*. (5)

CUM vero *Teraphos* majorum gentium Deos, firmamenta imperii & familiæ, populus sibi arrogare non posset, ad *Tephillim*, & *Phylacteria* sacram transtulerunt persuasionem & divina nomina pro Diis averruncis venerari cœperunt. Principio quidem hæc *Tephillim* nihil erant, nisi verba Dei, legis servandæ continuam memoriam suadentis, & præcipientis, in membrana scripta, quæ ponebantur super frontem & brachia & postes portarum. (6) Postmodum adhibuere superstitioni, quo nomine ipse *Christus* (7) Pharisæos taxat, quod dilatent phylacteria sua & pro-

(1) 1 Sam. VI. v. 5. & Jo. Nic. Hardschmidt adh. I. Witteb. 1685 in 4.
(2) Pfeiff. cum dubiis Scr. vexat. Lipf. 1685. in 4.
(3) Tersev. P. P. Upsal. 1674. in 4.
(4) Wichm. Witteb. 1705. in 4.
(5) In fin. Aaronis purgat.
(6) Aben eph. de myster. Ægypt. Kircher. Oedip. Ægypt. T. I. pag. 250. Surenhus. in Miona Amstelod. 1698. f. edit. pag. 10.
(7) Matth. XXIII. v. 5.

producant fimbrias palliorum suorum. Tempore observatio crevit, & se his mirifice juvari in omni vitæ necessitate & salutem suam in tali *Mezuza*, *Totaphro*, *Pittaciæ* seu *Pittaciola* quocunque nomine veniant, positam esse putarunt. Ut *Maimonides* aliique Judæorum Doctores, nec non qui ex professo, ut ajunt, de his disseruerunt *Mich. Christian Tieroff*, (1) *Eberhard. Rudolph. Roht*, (2) *Georg Peringer Lilienblat*, (3) & *Hermann van der Hard* (4) una voce testantur. Inde quidam ansam plura mendacia componendi arripuerunt, literas aliquas in dictionem unam colligentes ac hominibus persuadentes, illam hoc vel illo modo scriptam aut dictam talem vel talem habere operationem. Mendaciis his ita confictis, (5) cœperunt illa in certos libros referre, quorum hodiernum satis amplius superest numerus. Summam illi & præcipuam virtutem in nominibus Dei collocabant, de quibus tum alii multi (6) tum *Nechonias* fil. *Kana* ante natum Salvatorem scripsit, cujus MS. adhuc superesse dicitur, Arcanum nominis Dei inscriptum, *essentialis* scilicet, nominis *Jehovæ* quod reliquorum omnium centrum constituunt, & *Schembamphoras* dicunt, quo *Moses* & *Chri-*

(1) Tierof. Jenæ 1657. in 4.
(2) Ib. 1674. in 4.
(3) Prof. Upsal. Imam. edidit. 1685. in 4. alter. Holmiæ 1690. in 4.
(4) H. Hard de ænigm. Judæor. relig. 1705. in 4.
(5) Maimon. mor. Nevoch. libr. I. cap. 62.
(6) Wolf. in bibl. Hebr. pag. 9. 99. 100. 357. & 30. 963. 345.

Christus sua perfecerint miracula. De eo *Salomonem* scripsisse fabulantur, quod credat Judæus apella. Ex posteris uterque R. *Abraham*, Gallus Provincialis, & Coloniensis *Zacharias & Abraham Abulaphia* Hispani. Ex Christianis Paulus Burgensis qui cum nòtis *Jo. Drusii* Franequ. 1604. in 8. est editus. *Martinus Lutherus*, (1) *Laurentius Fabricius*, (2) *Jo. Paschius & Georg Otto* (3) illud egerunt. De nominibus divinis 42. & 72. literarum disseruit R. *Hai Gaon* magni nominis inter populares. Hæc nomina sacra & reliqua arcana ex Pentateucho *Mosis* petunt, (4) quem tanquam omnium scientiarum fontem rectissime venerabantur, sed nimia sua curiositate pessime turbant, ut ex Commentario cabalistico, quem possidebat *Picus Mirandulæ* Dominus, cujusque capita nobis servavit *Jacobus Gaffarellus*, satis apparet. Proximi huic Psalmi *Davidis* mirifici, in quibus eadem methodo arcana naturæ venantur. Ac sane extat *Sepher Hakkolot* de nominibus occultis scilicet & mysterio plenis in sacris canticis obviis (Gabalistæ *Simmous Tehillim* vocant) usum practicum sive de proprietatibus Psalmorum, cui potissimum structura amuletorum Judæorum innititur. Hunc vulgo ad *Isaacum Luriam* celebrem Rabbinum referunt, [de cujus vita sapientia & scri-

(1) Luther. Tom. VIII. Jenens. edidit. & Selneccerus.
(2) Fabric. Profess. Witteb. 1586.
(3) Otto Prof. Marp. 1685. in 4.
(4) Kircher. in Oedip. Ægypt. Buxtorf. bibl. Rabbin. Wolf. de Amulet. pag. 647.

ſcriptis epiſtolas quaſdam edidit *Ioſephus Salomon del Medico* Cretenſis (1)] Ipſe liber cum libro Pſalmorum Hebræo prodiit Sabionettæ 1556. in 4. & cura R. *Aaronis Nathan, Bar Iacob* (2) Amſtelod. 1608. Latinam verſionem ejus vidi apud *Paul. Fr. Op.* virum præclare doctum & in antiquitatibus Judaicis verſatiſſimum. Portam ſecretorum de reconditis myſteriis Pſ.XIX. R. *Ama* tribuit *Plantavitius* (3) Hujusmodi artificio, quæ jam *Ioſephi* (4) temporibus plurimum valebant & in uſu erant, adjectis nominibus Patriarcharum & Regum, exorciſmis & precibus, thymiama efficere putabant, (5) ut pluribus ex ABRAHAMI *Wormatienſis* filio *Simonis* filii *Iudæ* de *Cabala*, quam filio *Ioſepho* in teſtamento reliquit, & de *Vera Magiæ* veterum inſtitutione codicibus MSS. affatim apparet, qui multa iis, ut gloriatur, miracula patravit: Hujus verſionem Germanicam ſervat præclara *Guelferbitana* bibliotheca, transpoſitione literarum a naſutulorum curioſitate munitam, quibus maxime arridet hoc opus. Talia jam Sæculo XII. edidit *Moſes Nachmanides*, (6) & circa Annum 1630. Amſtelodami R. *Ioſeph Salomo del Medico* (7) ſive Cretenſis Philoſo-

(1) Wolf. in bibl. Hebr. pag. 566. pag. 671.
(2) Blumler. de Amolet. pag. 9.
(3) Wolf. libr. cit. pag. 947.
(4) Joſeph. antiquit. Judaic. libr. VIII. cap. 2.
(5) Van Dale de divinat. V. Teſtam. cap. 566.
(6) Wolf. bibl. Hebr. pag. 566. & 570.
(7) Id. pag. 876.

toresDeos, quorum ſimulacris ſanctiſſima quæque ornabant, ut *Chryſippus* de antro Mythræ teſtatur (1) Nec non XXXVI. Dæmones Præſides facierum ſeu *Decanorum* cujuslibet ſigni Zodiaci, de quibus olim *Hermes*, *Teucer* & *Necepſus* ſcripſerant, (2) oſtenderantque eorum in Aſtronomia & Medicina uſum. His ſingulis nomina, quibus vocarentur, erant indita, & ad cujuslibet membri ſanationem remedium eſſe ſpeciale credebant, ſi illos compellare noſſent, cum *Diis* illis *Liturgis* & munificibus, quorum tres ſingulis *Decanis* fideliſſime, ex eorum ſententia, inſerviebant. (3) Imo vero ne ulla particula genio careret, ſingulis animantium ſpeciebus ſpecialem præfecerant cuſtodem, ut ex *Botri Teletis* & *Apollonii* anecdotis docet *Gaulminus*. (4) Hos conjurare & evocare mirificis conabantur ceremoniis, ut in ſtatuis ſibi ſtruerent magnipolentos Deos, quas Liber *Aſclepius*, (5) quem *Hermeti* termagno perperam tribuunt, ſtatuas animatas dicit, ſenſu & ſpiritu plenas tantaque facientes & talia; ſtatuas futurorum præſcias, ea quæ forte omnis Vates ignoret in multis & variis rebus prædicentes, imbecillitates hominum facientes, easque curantes. Talis erat ISIDIS quam ſibi amuletum appendiſſe fabulan-

(1) Kircher. Tom. III. Synz. 17. p. 495.
(2) Firmic. libr. IV. cap. 16. Salmaſ. ad Solin. & de ann. climact. p. 610. Stanley de phil. orient. p. 582.
(3) Origen. adverſ. Celſ. libr. 8. Salmaſ. l. c.
(4) Gaulm. in not ad Vit. Moſ. lib. I. c. 11. p. 144.
(5) Aſclepius c. 9.

lantur cognomento, (1) *Veritas* quod Sacerdotum Princeps postmodum portabat. Talis BAALZEPHON, qui positus erat ad averruncandos hostes, & ut fugitivos servos fines transire non pateretur, quod *Rabbini* & ex iis *Fragius*, *Kircherus*, *Varenius*, *Schmuckius*, negante *Seldeno*, affirmant. De celeberrima illa, quæ *Memnonis* credebatur statua: (Alii *Phamenophis* aut *Sesostridis* fuisse volunt, (2) neque enim adjiciebatur nomen) quæ sub ortum solis sonum immota reddebat, multa & Græci & Latini narrant scriptores (3) uti de *Nectanebo* Rege certa imagine Olympiæ amorem sollicitante & naves adversariorum mergente, pseudo-*Callisthenes*. (4) Posteris temporibus Crocodylus etiam plumbeus aliquando apud eos repertus (5) est notis *Hieroglyphicis* insignitus, quo ab *Humeht aben Thau* Califa sublato atrociores multo quam antea senserunt bestias indigenæ. Statua itidem erat 86. pedum opus cujusdam *Ptolomæi* (Pompeji dicebatur) ad averruncandas armatas naves in portu *Alexandriæ*, cujus impositum vitrum ignem flammasque hostilibus injiciebat navigiis. (6)

(1) Plutarch. de Isid. & Osir. c. 8. Diodor. Sic. lib. I. Ælian. lib. XIV. c. 34.
(2) Pausan. Attic. cap. 40. Dio in orat. Rhodiac.
(3) Lucian. in Philos. Strab. lib. XVII. p. 628. Geogr. Tacit. ann. 2. cap. 61. Plin. hist. nat. lib. XXXVI. cap. 7. Spart. in Sev. Philostr. in Stat. n. 9.
(4) Agripp. occult. Philos. libr. II. cap. 50.
(5) Cardan. de Subtil. Scalig. exercit. 96. n. C. Sandys itiner. pag. 210.
(6) Herbelot. bibl. orient. p. 376. Sandys itin. p. 247.

Sed neque quam multæ species; nec nomina quæ sint
Est numerus, neque enim numero comprendere refert,
Quem qui scire velit Lybici velit æquoris idem
Discere, quam multæ Zephyro turbentur arenæ. (1)

Chaldæi. CHALDÆOS & BABYLONIOS summos Astrologos fuisse & ex Astrologiæ magnam partem artis conficiendarum telesmatum esse ortam, quis ignorat? Hos igitur inter primos quoque autores collocare non dubito, præsertim si iis astipulari animus est, qui *Thare*, parentem Abrahami, Chaldæum natione, statuas fecisse, adhibita Astrologiæ observatione arbitrantur. (2) Sane inter ejus *Hebræi.* nepotes simulacra quæ *Teraphim* dicuntur, interpres Syrus *Tsilmenaja* vertit, hic locum jure merentur. Quales existimantur imagines, quas *Rahel* patri suffurata est, statuæ ut *R. David Kimchi* credit, ad futurorum prædictionem ope Astrologiæ confectæ, quas ei surripuerit *Rahel*, *Abenesra* autore, (3) non ut patrem ab idololatria avelleret, alioquin potius alicubi, non in via, fuisse celaturam, & non secum adeo procul delaturam; sed timuisse, ne fugam proderent. Quod singulari dissertatione ulterius explanare constituerat *Francisc.* *Woer-*

(1) Virgil. Georgic. lib. II. n. 103.
(2) Suid. voc. Abraham. Fabric. cod. pseudep. V. T. pag 336.
(3) Genes. cap. 31. Stanley philos. orient. p. 71.

Woergerus Lubecensis. (1) Sic cum Teraphi *Hebræis* ab ultima stirpe essent cogniti & tempore Ægyptiacæ habitationis mirum in modum crevisset superstitio, ad cultum stellis per icunculas tales & statuas exhibendum fuerunt utique paratissimi. Inde vitulum aureum *Aarone* autore strui curarunt, ut eorum Astrologi putant, ad occupandum *Veneris Lunæque* favorem contra *Scorpionis* & Martis influxum Judæis infestum. (2) Nec desunt, qui *æneum serpentem* a MOYSE in eremo adversus hydrarum morsus erectum huc referant. (3) Sed qui nihil in eo, præter astrorum influxum & occultas naturæ vires venantur præclare errant, & merentur, quod ille qui *Aaronis* idololatriam excusare ausus est *Franciscus Moncæus*, ideo censura publica & a *Roberto Visono* & *Dorschæo* castigatus, quibus stricturas Moncæjo-Visonanas addere cogitabat aliquando Cl. *Joh. Fried. Meyerus*. (4) Interim de serpente æneo adeundi *Georg. Mœbius*, *Petr. Paul. Bosca*, *Ursinus*, *Jo. Saubertus*, & M. Gregorius Strigenitius. Huc veniunt *Davidis* Lares, & *Jeroboami* vituli, quibus quidam adjiciunt *Philistæorum* mures podicesque au-

(1) Mehlführ. ad Almelo v. biblioth. latent.

(2) Kircher. Oedip. Ægypt. Tom. I. Syntagm. 4. p. 299. Furn. de vita libr. III. cap. 13. Michael. ad Gaffarell. pag. 274.

(3) Marsham. in can. chron. p. 148. Saubert. in palæstr. Th philolog. p. 338.

(4) Ej. Aaron purgatus prod. Atreb. 1606. in 8. Lond. & Frf. 1675. in 8. a quo solo tit. differt. Lipsiens. Ann. 1689 in 8. Val. Andr. in biblioth. Belgic.

reos hæmorrhoidum averruncos, (1) nec non *Michæ* & Regis *Chaldæorum* Teraphos; cujus & Propheta meminit & Judæi hodiernum in ſuis cantilenis, de quibus longa oratione uti non opus eſt, poſtquam de Teraphis *Auguſt. Pfeifferus*, (2) *Jo. Terſerus*, (3) *Haquinus Strasberg & Jo. Chriſtoph. Wichmanshauſen* (4) diſſertationes ſuas ediderunt. Promiſit & *Labanum* ſive de Teraphis ſtatuis myſteriosis librum, quem modo citavi, *Monceus*. (5)

CUM vero *Teraphos* majorum gentium Deos, firmamenta imperii & familiæ, populus ſibi arrogare non poſſet, ad *Tephillim*, & *Phylacteria* ſacram tranſtulerunt perſuaſionem & divina nomina pro Diis averruncis venerari cœperunt. Principio quidem hæc *Tephillim* nihil erant, niſi verba Dei, legis ſervandæ continuam memoriam ſuadentis, & præcipientis, in membrana ſcripta, quæ ponebantur ſuper frontem & brachia & poſtes portarum. (6) Poſtmodum adhibuere ſuperſtitioni, quo nomine ipſe *Chriſtus* (7) Phariſæos taxat, quod dilatent phylacteria ſua & pro-

(1) 1 Sam. VI. v. 5. & Jo. Nic. Hardschmidt adh. l. Witteb. 1685 in 4.
(2) Pfeiff. cum dubiis Scr. vexat. Lipſ. 1685. in 4.
(3) Terſev. P. P. Upſal. 1674. in 4.
(4) Wichm. Witteb. 1705. in 4.
(5) In fin. Aaronis purgat.
(6) Aveneph. de myſter. Ægypt. Kircher. Oedip. Ægypt. T. I. pag. 250. Surenhus. in Miona Amſtelod. 1698. f. edit. pag. 10.
(7) Matth. XXIII. v. 5.

producant fimbrias palliorum suorum. Tempore observatio crevit, & se his mirifice juvari in omni vitæ necessitate & salutem suam in tali *Mezuza*, *Totaphro*, *Pittaciæ* seu *Pittaciola* quocunque nomine veniant, positam esse putarunt. Ut *Maimonides* aliique Judæorum Doctores, nec non qui ex professo, ut ajunt, de his disseruerunt *Mich. Christian Tieroff*, (1) *Eberhard. Rudolph. Roht*, (2) *Georg Peringer Lilienblat*, (3) & *Hermann van der Hard* (4) una voce testantur. Inde quidam ansam plura mendacia componendi arripuerunt, literas aliquas in dictionem unam colligentes ac hominibus persuadentes, illam hoc vel illo modo scriptam aut dictam talem vel talem habere operationem. Mendaciis his ita confictis, (5) cœperunt illa in certos libros referre, quorum hodiernum satis amplius superest numerus. Summam illi & præcipuam virtutem in nominibus Dei collocabant, de quibus tum alii multi (6) tum *Nechonias* fil. *Kana* ante natum Salvatorem scripsit, cujus MS. adhuc superesse dicitur, Arcanum nominis Dei inscriptum, *essentialis* scilicet, nominis *Jehovæ* quod reliquorum omnium centrum constituunt, & *Schemhamphoras* dicunt, quo *Moses* & *Chri-*

(1) Tierof. Jenæ 1657. in 4.
(2) Ib. 1674. in 4.
(3) Prof. Upsal. Imam. edidit. 1685. in 4. alter. Holmiæ 1690. in 4.
(4) H. Hard de ænigm. Judæor. relig. 1705. in 4.
(5) Maimon. mor. Nevoch. libr. I. cap. 62.
(6) Wolf. in bibl. Hebr. pag. 9. 99. 100. 357. & 30. 963. 345.

Christus sua perfecerint miracula. De eo *Salomonem* scripsisse fabulantur, quod credat Judæus apella. Ex posteris uterque R. *Abraham*, Gallus Provincialis, & Coloniensis *Zacharias* & *Abraham Abulaphia* Hispani. Ex Christianis Paulus Burgensis qui cum nótis *Jo. Drusii* Franequ. 1604. in 8. est editus. *Martinus Lutherus*, (1) *Laurentius Fabricius*, (2) *Jo. Paschius* & *Georg Otto* (3) illud egerunt. De nominibus divinis 42. & 72. literarum disseruit R. *Hai Gaon* magni nominis inter populares. Hæc nomina sacra & reliqua arcana ex Pentateucho *Mosis* petunt, (4) quem tanquam omnium scientiarum fontem rectissime venerabantur, sed nimia sua curiositate pessime turbant, ut ex Commentario cabalistico, quem possidebat *Picus Mirandulæ* Dominus, cujusque capita nobis servavit *Jacobus Gaffarellus*, satis apparet. Proximi huic Psalmi *Davidis* mirifici, in quibus eadem methodo arcana naturæ venantur. Ac sane extat *Sepher Hakkolot* de nominibus occultis scilicet & mysterio plenis in sacris canticis obviis (Gabalistæ *Simmous Tehillim* vocant) usum practicum sive de proprietatibus Psalmorum, cui potissimum structura amuletorum Judæorum innititur. Hunc vulgo ad *Isaacum Luriam* celebrem Rabbinum referunt, [de cujus vita sapientia & scri-

(1) Luther. Tom. VIII. Jenens. edidit. & Selneccerus.
(2) Fabric. Profess. Witteb. 1586.
(3) Otto Prof. Marp. 1685. in 4.
(4) Kircher. in Oedip. Ægypt. Buxtorf. bibl. Rabbin. Wolf. de Amulet. pag. 647.

ſcriptis epiſtolas quasdam edidit *Ioſephus Salomon del Medico* Cretenſis (1)] Ipſe liber cum libro Pſalmorum Hebræo prodiit Sabionettæ 1556. in 4. & cura R. *Aaronis Nathan, Bar Iacob* (2) Amſtelod. 1608. Latinam verſionem ejus vidi apud *Paul. Fr. Op.* virum præclare doctum & in antiquitatibus Judaicis verſatiſſimum. Portam ſecretorum de reconditis myſteriis Pſ.XIX. R. *Ama* tribuit *Plantavitius* (3) Hujusmodi artificio, quæ jam *Ioſephi* (4) temporibus plurimum valebant & in uſu erant, adjectis nominibus Patriarcharum & Regum, exorcismis & precibus, thymiama efficere putabant, (5) ut pluribus ex ABRAHAMI *Wormatienſis* filio *Simonis* filii *Iudæ* de *Cabala*, quam filio *Ioſepho* in teſtamento reliquit, & de *Vera Magiæ* veterum inſtitutione codicibus MSS. affatim apparet, qui multa iis, ut gloriatur, miracula patravit: Hujus verſionem Germanicam ſervat præclara *Guelferbitana* bibliotheca, transpoſitione literarum a naſutulorum curioſitate munitam, quibus maxime arridet hoc opus. Talia jam Sæculo XII. edidit *Moſes Nachmanides*, (6) & circa Annum 1630. Amſtelodami R. *Ioſeph Salomo del Medico* (7) ſive Cretenſis Philo-

ſo-

(1) Wolf. in bibl. Hebr. pag. 566. pag. 671.
(2) Blumler. de Amolet. pag. 9.
(3) Wolf. libr. cit. pag. 947.
(4) Joſeph. antiquit. Judaic. libr. VIII. cap. 2.
(5) Van Dale de divinat. V. Teſtam. cap. 566.
(6) Wolf. bibl. Hebr. pag. 566. & 570.
(7) Id. pag. 876.

sophus & Medicus inter Judæos celeberrimus nec non R. *Maczan*, qui Ao. 1684. obiit in MS. *de modo curandi per preces*, sed plerique his artibus abutuntur, & corvos deludunt hiantes, ut nostra ætate R. *Hirsch Fränckel*, quem ideo Celsiss. *Onolsbaci* Princeps adhibito Altorfiensium consilio, ad perpetuos carceres damnavit. (1) Ad antiquos redeo.

Syros. Neque illi Dii, quos perversi Judæi cum SYRIS, eorum hospitibus, sibi Penates adeo familiares esse voluerunt, astrorum vi & arte magica caruerunt. MOLOCH ille crudelis puerorum devorator referebat *Saturnum*. *Baalgad* Dominus fortunæ, benignum Jovem, *Asthorta*, seu *Astaroth*, placidam Venerem, quæ præcipue Dea Sidoniorum erat, & secundum *Eliam Thisbitem* ita vocata est ab urbe *Astarobt*, quod in ea artifices reperirentur, illius conficiendi & sculpendi periti, figuram autem referebat ovis ut *R. David Kimchi* (2) existimabat. Præterea *Syri* superstitiose *Pisces*, signum cœleste, colebant, cui reliqui pisces sacri erant.

Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,
Ne violent timidi piscibus ora Syri (3)

Ita *Germanicus* Arâti interpres vocat
Syriæ duo nomina pisces.

Hi ex majoribus Diis: sunt tamen & aliæ statuæ mirabiles in *Syria* olim repertæ. Hujus-

mo-

(1) Elector. Jur. publ. Fascic. 6. part. 4.
(2) Kircher. in Oedip. Ægypt.
(3) Ovid. libr. II. Fastor.

modi canis meminit *Hottingerus*, (1) qui ſolebat incolas monere de piratis, poſitus in *Syria* ad fluvium *Adonim*, Et avis æneæ quam contra *Samaritanos* in monte *Garizim* poſuerant *Romani* clamantis: Hebræus.

Quod vix pueri credunt, niſi qui nondum ære lavantur.

Simile fuit Telesma, ſive capſula Magica *Ablacconis*, qua poſita *Antiochiam* ab eruptionibus fluminis *Parmenii* & incurſionibus Barbarorum liberam ſervatam refert *Iohannes Maletas*. (2)

TALIA Morphomata vicini illis SABII conficere adſueverant. Nam *Zabaiſtæ* aut *Zabii* ſtellis & imaginibus, quas fecerunt, omnem virtutem divinam adſcribebant, ſtellas pro Diis colebant, iisque imagines & ſacella erigebant, in quas imagines dictas *rilſemoht*, vires ſtellarum influere & donum prophetiæ largiendæ habere putabant. Eadem perſuaſione templis incubabant & fatidica exſpectabant ſomnia. (3) Sed ſomniantes hos & vana ſpe ſe lactantes invaſit novus & abominabilis per Talismanes præſciendi pruritus, quem *Elias Tisbites* ita exprimit (4) Accipiebant, *inquit*, caput alicujus pueri primogeniti & ſacrificati in honorem Dæmonis. Iſtud

Sabios.

(1) Hotting. hiſtor. Oriental. libr. I. cap. 8. pag. 192.
(2) Malel. libr. X. Chronogr.
(3) Maimon de idololatr. cap. I. 356.
(4) Kircher. Oedip. Ægypt. Tom. I. ſynt. 4. pag. 57. Rivel. ad Geneſ. cap. 31.

Istud caput abscissum sale & aromatibus condiebatur, ut a putredine illæsum perduraret. Super lingua ejus lamina aurea ponebatur Dæmonis cujusdam nomine insignita, sic responsa dabat consulentibus & interrogantibus. Quo quid pestiferum magis aut horrendum dictu est? Ita tamen *Orphei* caput, post mulierum facinus specum *Lesbiam* habitasse, & in terra excavata oracula fudisse, narrat *Philostratus*. (1)

Jones. Apud JONES *Ephesus* erat urbium nobilissima templo *Dianæ* & cœlesti ejus imagine clara, in cujus corona, cingulo & pedibus, literæ ab *Idæis Dactylis* scriptæ erant Ephesiæ dictæ malorum averruncæ, victoriæ certissima pignora; quibus & loca expiabant & Dæmones & morbos, famem exitiumque depellere tentabant. Sed quid dicam aliis profuisse, cum nec ipsis de superbo suo templo exitium depellere potuerit Dea, quod *Herostratus* (2) in nominis famam nefario ausu, ea nocte incendit, qua *Alexander* natus est. Minime quidem hoc esse mirandum subjungit *Timæus* quod *Diana*, cum in partu *Olympiadis adesse* voluisset, abfuisset domo. Sed frigidum hoc inventum, non probat unquam adfuisse, licet virtutem & divinitatem ejus ex cineribus suscitarit posterorum superstitio & vana cre-
du-

(1) Philostr. in vit. Apollon. lib. IV. cap. 14. pag. 151. in Heroic. cap. 7.

(2) Strab. Geogr. libr. XIV. Cic. de nat. Deor. Plutarch. in Alexandr.

dulitas: Sacerdotnm vero & aurifabrorum avaritia & vafrities, qui magnam esse *Dianam Ephesiorum* elata voce clamabant. (1)

Erant autem *Ephesiæ literæ* barbara & mirifica nomina, quæ auditorum animis panicum terrorem incutiebant, qualia sunt ASKI, CATASKI HEX, TETRAX DAMNAMENEUS, ÆSION, quas ænigmaticas voces *Androcydes* Pythagoricus *Hesychius & Porphyrius*, diverso licet modo, interpretantur. (2) Ita *Milesios* a fame expiaturus hisce verbis *Branchus* vates allocutus est: *Cantetis pueri* HEUS HECAERION atque HECAERGAM. Populus autem exclamabat BEDII, ZAPS, CHTION, PLECTRUM, SPHYNX, CNACHZBI, CHRYPOTES PHLEGMO, DROPS. Et *Bedii* quidem *Clemente* teste, significabat aquam, *Zajos* mare *Chton* terram, *Plectrum* Solem, *Sphynx* æthe-rem, Mundi compagem, *Cnachzbi* lacteum nutrimentum. *Drops*, denique verbum efficax. De literis his differuerunt Cl. *C.S.Schurtzfleischius & Georgius Christian. Fleischer*, alter Wittebergæ 1698. in 4. alter Hafniæ 1704. in 4. De templis autem argenteis Demetrii Plurimum Reverend. *Io. Andr. Schmidius* Jenæ 1695. in 4.

Ephesiæ literæ.

B Apud

(1) Actor. 19. v. 35.

(2) Androcydes apud Clem. Strom. V. pag. 569 Gale in differtat de mytholog. pag. 16. Histor. poet. scriptor. præmiss. *Hesych.* in lexic. Van Dale de idololatr. cap. 6. pag. 525.

Lydos. Apud LYDOS *Gygis* annulo quid novi- stis mirabilius, ut a *Platone* inducitur, qui cum terra decessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, æneumque equum, ut ferunt fabulæ, animadvertit, cujus in lateribus fores essent: quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata, annulumque aureum in digito, quem ut detraxit ipse induit, cum palam ejus annuli ad palmam converterat a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. Idem rursus videbatur, cum in lucem annulum inverterat, & sic fuit *Orci Galea.* (2) Velim *Mercurium* mihi dare tales annulos, unum ista virtute, ut semper corpore bene haberem, & invulnerabilis essem, alterum, ut invisibilis, ut hic *Gygis.* (3) Qualem nec ipse solus possidebat, sed *Candaulæ* conjux *Nyssia* acutissimi visus fuisse fertur, ob Dracontidem, quem gestabat, lapidem, ut per ipsas fores *Gygen* ad inquirendum ingressum viderit, quemadmodum *Ptolomæus Hephæstion* autor est. (4)

Phryges. In PHRYGIA munimen Imperii ad averruncandos hostes, ut esset,

Creditur armiferæ signum cœleste Minervæ (5)
Orbis in Iliacæ desiluisse juga

Chry-

(1) Plato libr. II. de Republ. Cic. libr. III. de offic.
(2) M. Apostol. in adag. cent 2. n. 8. Zenob. cent. I. n. 41.
(3) Lucian. in navigiis.
(4) Ptolem. libr. VIII. ap. Phot. cod. 190. pag. 483.
(5) Ovid. Fastor. libr. VI. v. 421.

Chrysen é contra *Pallantis* filiam, cum *Dardano* nupsisset, pro dote attulisse *Callistratus*, *Satyrus* & *Arctinus* tradunt, (1) cum illa imagine inexpugnabilem fore civitatem oraculum pronunciasset. Alii *Troi* Regi ab Asio quodam Philosopho & initiatore pignus fixum Trojanæ Majestatis datum volunt; (2) quod Abari Scythæ tribuit *Firmicus Maternus*. Palladii, *inquit*, (3) quid sit numen, audite: Simulacrum est ex ossibus *Pelopis* factum. Hoc *Abaris* Scytha fecisse perhibetur; jam quale sit considerate, quod Scytha barbarus consecravit. Est ne aliquid apud Scythas humana ratione compositum, & illa effera gens & crudeli atque inhumana semper atrocitate grassata in constituendis religionibus rectum aliquid potuit invenire? Simulacrum hoc *Trojanis* Abaris vendidit, stultis hominibus vana promittens. Quæ hic *Firmicus* de *Pelopis* ossibus dixit, illa mihi & aliorum dicta in mentem revocant. Tribuit enim & *Pelopis* costæ quam eburneam affirmabant, vim medicam ut Plinius (4) *Pyrrhi* Regis pollici. Quod vero ille costam vocat reliqui humerum fuisse dicunt, *humeroque* Pelops *insignis eburno*

 apud

(1) Dionys. Halicarn. libr. I. pag. 100.
(2) Svidas. Eustach. ad Dionys. v. 617. Tzetzes ad Lycophr. v. 363.
(3) Firmic. de error. prof. reliq. cujus locum emendat. Scalig. ad Euseb. n. 1454. Jo. Georg. Röser de Palladio Frf. 1683. in 4.
(4) Plin. histor. natur. libr. VII. cap. 2. libr. XXII. cap. 4.

apud Virgilium (1) Quorsum spectant *Pythagoræ* femur eburneum aut aureum: (2) Et *Iosephi*, si vis, ossa, sine quibus Ægyptum relinquere nolebant Judæi: (3) Et *Alexandri* cadaver firmamentum regni *Ptolemæorum*: (4) Et *Ziskæ* monoculi pellis, hostibus & post obitum adeo terribilis, qualis *Marsyæ*, de qua *Ælianus*, (5) si quis Celænis pelli Phrygis tibia accinat Phrygiam harmoniam, pellis movetur; sin Apollini, quieta mutaque videtur esse. Sic *Epimenidis* cutem literis distinctam ex oraculi responso summa diligentia & cura servabant Lacedæmoni. (6)

Indos. Apud INDOS ferrum esse, quod si in terram defigatur, nebulas & grandines turbinesque avertere, & se ipsum hæc vidisse, Rege bis periculum faciente, testatur *Ctesias*. (7) *Gangis* vero Regis septem gladios humi defixos, ut Regionem nullus unquam terror invaderet, commemorat *Philostratus*. (8) Sic apud *Sinenses* ut omnis magia, ita aliquando prævaluit ars *Talismanica*, cum quidam propriæ sectæ conditores, certis *icunculis* & notis

(1) Virgil. Georg. libr. III. v. 7.
(2) Origen. libr. VI. contr. Cels.
(3) Ganlmin. ad vit. Mos. lib. II. cap. 1. in fin.
(4) Ælian. var. histor. libr. XII. cap. 64.
(5) Id. libr. XIII. cap. 2.
(6) Svidas. Diogenes in vit. Fabric. bibl. Græc. libr. 1 pag. 38.
(7) Ctes. in Indicis. cap. 4.
(8) Philostrat. in vit. Apollon. libr. III. cap. 21. pag. 112.

tis *Hieroglyphicis* populo persuasissent, se fortunam pro arbitrio cuivis posse reddere propitiam, ut pluribus narrat *Ph. Couplet*, (1) qui sæculo ante N. Chr. quarto HIEMVAM Imp. novem vasa imperialia in lacu SU jussisse demergi observat, quæ per 1970. annos, ut sacra imperii pignora, conservarat superstitio

Longa
Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.

Neque narrabo vobis ZAMOLXIS bona verba ORPHEI carmina valentia, quibus utebantur Pythagoræi in animi corporisque morbis, & imprimis *Proclus* Philosophus Platonicus, cum decumberet. (2) Neque EUMOLPI & EPIMENIDIS lustrationes, PYTHAGORÆ verba potentia & EMPEDOCLIS mirificas artes, a quo

Philosophi & Poetæ Telesurgici, Zamolxis, Orpheus & aliis.

Pharmaca queis pellas morbos, levesque senectam
Percipies, quæ cuncta tibi communicat uni.
Compescesque truces ventorum rite procellas
Exorti insanis, qui vastant flatibus agros:
Sursum (si libeat) mox flamina pigra ciebis,
Et media induces e tempestate serenum.
Induces media pluvias æstate salubres;
Et flatus sicca, qui perflent omnia messe,
Extinctumq; hominem nigro revocabis ab orco. (3)

B 3 Hujus

(1) Coupl. in declar. philos. Confucii Paris 1687. F pag. 25.
(2) Marin. in vit. cap. 20. Jambilich. in vit. Pythag. cap. 25.
(3) Laert. in vit. Empedocl.

Homerus. Hujus artis apud HOMERUM (1) multa sunt vestigia, apud quem aurei & argentei canes utraque ex parte conspiciuntur, quos *Vulcanus* confecerat multiscia mente, ut domum custodirent magnanimi *Alcinoi* immortales existentes, & nunquam in omne ævum senescentes. Idem magicam fabrefactionem armorum *Achillis* commemorat & *Pelei* gladium, (2) quem ei dederat, fabrorum decus, ut eo sive in bellis sive in venatu omnia prospere conficeret. Quod commentum in gladiis *Attilæ* (3) & *Gustavi Adolphi* incomparabilis Regis Sueciæ recoquere voluit credula posteritas. (4) Huc venit amuletum Helenæ a *Polidamna* Regina Ægypti ei datum ad averruncandam tristitiam, oblivionemque rerum inducendam, quod tantæ fuisse virtutis tradit Tzetzes, (5) ut si quis in vino sumeret,

Non fleret omnino etiamsi jugulatos videret
patrem & fatrem, sive etiam charum filium,

Homero *Nepenthe* dicitur, & a Plinio, quoniam humanitatis interest, angorem cordis posse compescere, docte describitur, (6) quod nostra memoria diligentius adhuc fecerunt *Petrus Petitus*, Medicus Parisinus, in Commentario

(1) Hom. odyss. libr. VII. v. 92.
(2) Suidas voc. Μίγα Φεγνεί.
(3) Brienn. in annal. Boic. libr. IV. Rupert. ad Besold. pag. 428.
(4) Vid. vitam Morini astrolog. Gallic. præmiss.
(5) Tzetzes. Chil. 6. histor. 76.
(6) Plin. histor. nat. libr. XXV. cap. 2.

tario de *Nepenthe* Trajecti ad Rhen. 1689. in 4. edito, & *Georg. Wolfgang. Wedelius*. Scripsit & de Nepenthe *Petrus Lassena* Neapolitanus, sed operi morali *de fugando luctu* hunc titulum præfixit. (1) Redeo ad *Homerum* apud quem crebra est telesmatum mentio; Uteri *Æoli* ventorum domitoris, *Moly* efficacissimi contra præstigias magicas remedii & aliorum. Quod vero mirificas tales composuerit imagines, miraque his effecerit, nusquam legimus. Nam quod ipsius versus postmodum integros creduli morbis curandis adhibuerint, & *Galenus Medicum Homeri* scripserit, ut infra dicemus, non sua sed aliorum accidit culpa.

PLURA Latinorum Homero *Virgilius.* P. VIRGILIO *Maroni*, nescio qua fronte, largiuntur, certis quibusdam statuis muscas *Neapoli* abegisse, hirudines inhibuisse, ignium vires & averruncasse & exstinxisse subito summoto artificio. (2) Scilicet præclarissimi cujuscunque nomen venantur habituri sententiæ suæ comites, quos superstitiosarum artium miramur autores. Igitur & hujusmodi scripta ipsi supponunt *Astronomicæ artis* libros, quorum initium: Sæpe malum hoc nobis fremens. Et *artem calculatoriam*, (3) per quam se nomen & characterem boni &

 ma-

(1) Lasen. Lugdun. 1624. 8. emendand. Morhof polyh. Tom. II. part. II. pag. 464.

(2) Naud. dans l'apologie. Bayle in lexic. Vigner. de cifris p. 329. Histoire d' Oufle p. 230.

(3) Trithem. in antipalo malefic. lib. I. c. 3. catal. MS. Angl. & Hibern. Tom. II. n. 3158.

mali spiritus unius cujusque hominis posse calculare & invenire confidunt & conjurationes Dæmonum continet, nefarias, malesanas: cujus principium ipsum excusat Poetarum Principem. *Calculatione nunquam fatigatus aut lassatus fui.* Nugæ: Quædam hujus farinæ cecinit in Pharmaceutria sua, reliqua ne umbram quidem veritatis habent.

Apollonius Thyaneus. *Apollonius Thyaneus* potius prodeat, quem ob Talismanes constructos hodiernum Arabes *Thelesmatiki* appellitant. (1) Hic primo à *Iarcha* Indorum sopho septem accepit annulos, stellarum nominibus cognominatos, quorum singulos singulis diebus gestabat, ut scribit *Damis.* (2) Noverant enim & exercebant has artes summa dexteritate *Brachmanes.* Postmodum ipse mirabiles hujusmodi imagines composuit, quarum non sine laude meminerunt Ecclesiæ antistites. Præter alios *Anastasius* Theopolis Episcopus: Quibusdam in locis (inquit) ad hunc usque diem *Apollonii* Thyanei stant opera & suam habent efficaciam, alia quadrupedibus & volucribus damnosis avertendis, alia ad inordinatos animorum excursus inhibendos, alia aliis rebus quæ hominibus detrimentum afferrent, arcendis. Quæ quidem ipsius opera viribus naturæ adscribere non dubitat *Iu-*

(1) Herbelot bibl. oriental.
(2) Anastasius. quæstion. 23. in S. Scriptur.

Iustinus. (1) Apollonius, dicens, ut vir naturalium potentiarum & dissensionum & consensionum earum peritus ex hac scientia mira faciebat, non autoritate divina. Hanc ob rem indiguit assumptione materiarum idonearum, quæ eum adjuvarent, ad id efficiendum, quod efficiebatur. Et *Apollonii* quidem opera, quoniam facta sunt ex scientia rerum naturalium, ad corporalem actionem hominum, propterea ea non evertit Deus. Sic *Tzetzes.* (2)

Apollonius, Neronis qui fuit temporibus
Ille Thyanæus sapientissimus, qui præsciebat
omnia.
Antiochiæ quidem fecit, imo & Bizantii
Ne ingrederentur culices, aliaque hujusmodi
Atque ciconias, cum sculpsisset olim marmoreas.

Alii in his Magiam crepant. *Claudio* imperante, inquit *Cedrinus*, (3) Apollonius fuit Philosophus Pythagoricus, qui Magicis notis mira præstabat. Cum enim *Bizantium* profectus ab incolis rogaretur, suis magicis artibus effecit, ne serpentes & scorpii percuterent, neve culices adessent, ne equi ferocirent, neve illi vel mutuo vel in alia animantia sævirent. *Lycum* quoque amnem compescuit, ne suis exundationibus *Byzantio* noceret. Horum sententias optime conciliat *Hieronymus*

B 5

(1) Justin. quæst. 14. ad orthodan.
(2) Tzetzes. chil. 2. histor. 60.
(3) Cedren. in compend. histor. sub Claud. 10.

mus, (1) qui *Apollonium* nostrum *Magum* dicit, seu Philosophum, ut Pythagorici. Quomodo Ephesum peste laborantem statua averrunca expiarit, prolixe docet ipsius Apostolus *Philostratus*. (2) Cum hoc confundunt plerique alium quendam *Apollonium*, qui circa annum 1160. sub *Anna Comnena*, Imperatoris Alexis filia, culices, scorpiones, serpentes, & ciconias Antiochia expulit. (3)

VELUTI vero noster *Apollonius* instituta *Pythagoræ* omni studio & honoris cultu observabat, ita & reliquis Philosophis hujus scholæ ipsius dogmata & telesurgica opera curæ fuerunt: *Apulejo*, *Iuliano*, *Plotino*, *Porphyrio*, *Iamblicho*, *Proclo*, qui quidem *jynge* quadam sive *Sphærula Hecatica* (4) opportune motitata imbres deduxit, Atticam infausto æstu liberavit, terræque motus positis phylacteriis inhibuit. Sic *Apulejus* (5) statuam ligneam secum ferebat linteo obvolutam, (6) & *Asclepiades* Philosophus Deæ cœlestis argentum breve figmentum. (7) Sic Antiochenses *Charondæ* simulacro peste liberavit *Lajus* (8) Philosophus

(1) Hieron. ad Paulin. p. 103.
(2) Philostr. in vit. libr. IV. cap. 10. pag. 147.
(3) Tzetzes. chil. 3. hist. 30. & 60.
(4) Psellus ad Zoroast. oracul. Stanley de philos. orient. sect. 2. cap. 29. pag. 75. Kircher. in obelisc. Pamphil. & Oedip. Ægypt. ad orac. Zoroast.
(5) Mann, in vit. cap. 28. ex edit. Cl. Fabric.
(6) Apulej. in apolog.
(7) Ammian. Marcell. libr. XXII. pag. 243.
(8) Tzetzes. Salmas. ad Vopisci Aurelian. cap. 18.

phus, & sine armis, sine copiis *Constantii* temporibus Barbaris resistere audebat *Libanius* (1)

Hujusmodi multa GRÆCORUM ingenia probabant, & in his artibus spem fortunamque suam collocabant. Imo mysteriis & majoribus & minoribus, *Eleusiniis*, *matris Deorum*, *Mythriacis*, *Samothraciis*, nec non *lustrationibus* & *expiationibus*, se famem, morbos & quævis mala & pericula averruncare posse, perperam sibi persuadebant. Non quidem animus est, de his prolixe commentari, cum de mysteriis Deorum Cabirorum *Guhtberletus*, de sacris Eleusiniis singulari libro egerit *Io. Meursius*, de lustrationibus in Epimenide suo, *Io. Lomeyerus*, de Consecrationibus, Vir. Cl. *Ant. van Dale*, qui, quæ dicenda supererant, in observationibus sacro-profanis *de origine rituum* tradere constituerat. Primas tantum lineas, præeunte *Demosthene*, (2) ducam, qui de *Æschine*: Sumpta virili toga matri *inquit* initianti libros recitabas ac voce præibas, & reliqua quæ ad munus illud pertinent, concinnabas ac comparabas. Noctu eos, qui initiabantur cervina pelle succingebas, vasa vinaria circumferebas, vinumque monstrabas ac defundebas. Illos expiabas centonibus, & furfure defricabas ac detergebas.

Græci mysteria venerantur.

(1) Olympiodor. apud Phot. pag. 194.

(2) Demosthen. pro Ctesiphonte. Van Dale de idololatr. pag. 61.

gebas. Expiatione autem facta, surgebas, eosque dicere jubebas

Effugi mala, nactus sum meliora.

Gloriabere denique, quod nunquam quisquam clara voce ululasset. Quod quidem ita esse arbitror. Nolite enim existimare, eum, qui tam clare loquatur, ululatus non clarissimos edere.

Interdiei vero præclaros illos bacchantium choros per vias agitabas: angues quos *varias* nominant, fœniculo & populæis frondibus coronatos comprimebas, & supra caput attollebas: Et cum clamares: *Evoe Saboe*, & carmen illud saltares: *Hyas Attas, Attas Hyas* ab aniculis præsultor & princeps chori, *thyrsiger, Ederifer, Vannifer* & hujusmodi nominibus appellabaris. Atque hujus quidem operæ ac ministerii egregiam sane mercedem ferebas, lagenæ frustula, scriblitas, liba, placentas.

Statuas colunt. Præter hujusmodi sacra vero & aliis occultis operibus felicitatem se posse consequi putabant, prodigiosis scilicet statuis, quibus divinas & mirificas tribuebant vires. Qualis *Apollo Alexiacus* seu averrunus (1) pestem sedans, & *Parnopius* (2) bruchis infestus. Talis malorum averruncator Hercules, (3) Talis *Myagrus* muscarum Deus apud Eleos.

(1) Pausan in Attic. cap. 3.
(2) Id cap. 22 pag. 42.
(3) Lucian. quomod. scrib. histor. Clemens ad gent. pag. 15. Everard. Otto de Diis vialib. Halæ, 1714. in 8.

Eleos. (1) Talis *Juno* manu altera punicum malum, altera vero sceptrum tenens. Cujus de malo punico, quæ arcanis consignata erant sacris effari nolebat Pausanias. (2) Talis erat *Olympica ara*, apud quam milvi (avium hoc genus insigne est rapacitate) sacrificantibus infensi non erant. *Phormidis* itidem statua extabat, cui *Hippomanes* infusum dicebatur, equæ cauda abscissa deformis, quam equi furentes non minus, quam si viventem pulcherrimam equam aspicerent, inire gestiebant, donec acriore aliqua vi edomiti ab illo ære abstraherentur. Cui affine de *equa Olympica* narrat *Plinius*. (3) Talis in Olympicis ara *Taraxippi* terrorem equis incutiens. Talis in *Nemea* Argivorum Saxum colore rutilo, cujus fulgore concitabantur equi, haud aliter multo, quam si ignibus injecta esset trepidatio, (4) & funiculo cuidam laneo occultam ad homines arcendos vim tribuebant. Scilicet

Multum relligio pavidos terrebat agrestes
Diva loci. (5)

Talismanicæ præterea figuræ videntur fuisse *Dii averrunci*, quibus apud sepulchrum *Epopei* eodem ritu, quo solebant Græci mala deprecari,

(1) Plin. histor. natur. libr. X. cap. 27. Salmas. ad Solin. pag. 9.
(2) Pausan. cap. 59. pag. 108. cap. 161. pag. 289. cap. 176. pag. 314. Ælian. de animal. libr. XIV. cap. 17.
(3) Plin. histor. natur. libr. XXIIX. cap. 2.
(4) Pausan. cap. 199. pag. 352.
(5) Virgil. libr. VIII. Æneid. v. 349.

cari, sacra faciebant. Et capra apud *Phliasios*. In ipso foro, [*inquit Pausanias* (1)] capra est ex ære magna sui parte inaurata, cui eam ob causam honor est à *Phliasiis* habitus, quod sidus, quod capram vocant, ortu suo vitibus perniciem afferre consuevit. Ne itaque cœlestis capra vineis noceat, forensem illam ex ære cum aliis afficiunt honoribus, tum auro exornant. *Plutarchus* itidem gravis autor Lapidis *Eurotæ* meminit, (2) qui tuba sonante ad ripam prosiliat, Atheniensium audito nomine in profundum mergatur. Idem apud Pelenæos autor est, ea arte simulachrum formatum fuisse, ut quoquo versus spectasset, omnia terrore & maxima perturbatione conficeret, ita ut nemo auderet præ timore illud intueri.

Telesmata publice & privatim colunt.

Hæc publica τελέσματα, alii privatim ad se traducere, & illis uti assueverant. *Periclem* ita ægrotantem invisenti amico cuidam ostendisse amuletum collo circumligatum sibi a mulieribus, *Theophrastus* in moralibus refert. Nimirum pessime affectus, qui hanc etiam stultitiam in se admiserit, (3) *Viderat Hermogenem Medicum in somnis* Diophantus

Amuleta licet corpore ferret, obit. (4)

De

(1) Pausan. descript. Græc. libr. II. c. 54. pag. 78. & 102.
(2) Plutarch. de flumin. Reines. var. lect. libr. III. pag. 637. Leo Svavis in epistol.
(3) Plutarch. in vit. Pericl.
(4) Lucil. p. 216. Fabric. bibl. Græc. libr. IV. c. 22. p. 17.

De *Alexandro* M. Papinius Statius

pellæus habebit

Regnator, lætis numen venerabile mensis
Et comitem occasus secum portabat & ortus,
prensabatque libens: modo qua diademata dextra
Abstulerat dederatque, & magnas verterat urbes
Semper ab hoc animos in crastina bella petebat (1)

Habebant præterea *annulos physicos* ob vim naturalem dictos *pharmacitas* ob potentiam. Talis annulorum faber erat *Eudamus* Medicus & pharmacopola, qui annulos contra venena & serpentum morsus vendere solebat, & contra Dæmonia & fascinationem potentes, uti ex *Aristophanis* Pluto conjicitur. (2) Hujusmodi annulos aureos ferro Talismanico incluso in *Samothracia* fundebant, ut ad illa *Lucretii* (3) *Annuli Talismanici.*

Exsultare etiam Samothracia ferrea vidi

docte pluribus explicat *Cæsar Baudelot* (4) Qui alium ex *Antiphane* profert annulorum artificem *Rhertati* nomine. (5) Huc annuli duo spectant Tyranni illius *Phocensium*, (6) qui de

(1) Stat. Silvar. libr. IV. carm. 6.
(2) Rhodig. antiqv. lection. libr. VI. cap. 12. Salmas. ad Vopisc. Aurel. cap. 18. Van Dale de idolatr. cap. 6. pag. 529.
(3) Lucret. libr. VI. v. 31. pag. 226.
(4) Baudelot. de l' utilite des voyag.
(5) Athen. deipnos. libr. III. Van Dale de idol. cap. 6. pag. 530.
(6) Clemens Stromat. I.

de rebus gerendis insidiisque monebant, licet nec monitus, inimicorum sanguinolentas manus vitare poterat, nec non *Dicæi* (1) annulus, qui judicum favorem conciliabat. Horum annulorum longam seriem tradere poteram ex *Josepho*, (2) *Ammiano*, aliisque, si hoc ageretur. Quibus adderem *Bætilos* vivos & moventes lapides, quos consecratos in templo *Dianæ Laodicenæ* afferre sibi jubebat *Heliogabalus*, aliosque plures quos commemorant, (3) ut & *amuleta*, quæ nonnulli ad convivia ebrietatis arcendæ causa gestabant, (4) si numero exemplorum certarem; sed ipse mihi dicendi metas pono:

Quicquid ut est habeant, tu cetera percipe dicta.

Romanorum Dii tutelares & firmamenta imperii.

De his Talismanibus eadem persuasio populum ROMANUM occupaverat, neq; aliud quicquam est *Ancile* eorum (parvum scutum sonat) ad imitationem *Palladii*, Trojani compositum, quod *Numæ* de cœlo donatum imperii pignus ferebant. Quanquam in eo astutia Principis talia fingentis, ad persuasionem populi & fidem movendam, res Romanas Diis autoribus crescere, tantum vale-

(1) Aristophan. in Pluto.
(2) Joseph. libr. VIII. cap. 2. antiquit. judaic. Ammian. libr. XXIX. cap. 2. Kirchmann de annulis.
(3) Lamprid. in vit. Heliogab. cap. 7 Casaubon. in not. Reines. var. lect. libr. III. pag. 637. Van Dale de Sanchoniath. in fin.
(4) Plutarch. de audiend. Poet. cap. 2.

valere potuit, quantum cœli corrogatum auxilium, aut incantationes magicæ. Ne tamen *Ancile* ab hoste quodam dolo malo posset auferri, per *Mamurium* fabrum multa similia fabricarunt, quæ *Ancilia* dicta sunt. (1) Erant autem *Romanis* septem paria firmamenta imperii *Acus matris Deum: Quadriga fictilis Vejorum; cineres Orestis; sceptrum Priami; Velum Ilionæ: Palladium; Ancilia.* (2) Habebant prætereа statuam *Tanaquilis* telesmaticam, de qua *Pompejus Festus*: (3) præbia *Verrius* vocari ait, ea remedia, quæ *Caja Cæcilia* (ita Romani vocabant Reginam) uxor *Tarquinii Prisci* invenisse exstimatur & immiscuisse Zonæ suæ, qua præcincta statua ejus est, in æde sancti, qui Deus *Dius Fidius* vocatur, ex qua zona periclitantes ramenta sumunt. Erat ita haud dissimilis zonæ *Dianæ Ephesiæ*, mirificis literis ornatæ. Cæterum ex Diis Deabusque *Hecate* quercum coronata multis serpentum spiris longe capillata, manuque hastam complexa, incantationum veneficarum amuletum erat. Nam veteres *Hecaten* hac specie ante fores collocabant, Deam veneficiorum contra veneficia, (4) ut *Mercurium* adversus fures, furum Deum. Huc spectant suo modo Deus *terminus*, custos finium, qui non tantum lapis, sed etiam stipes interdum

 erat

(1) Ovid. fastor libr. III. v. 260.
(2) Servius ad Æneid. libr. VII. v. 189.
(3) Festus de verbor. signif. voc. prœbia. pag. 148.
(4) Mosen Specul. imag. cap. 24. n. 7.

erat, cui supplicabantur, (1) & *Tutela*, & *genii Tutelares*, quos navibus ædibusque affixos coronis cereis & lucernis venerabantur; (2) & reliqui *Dii averrunci*, de quibus scripsit olim *Apollodorus*, ut ex *Harpocratione*. discimus & *Penates*, (3) quorum beneficio & vivere se & sapere putabant, Dii conservatores, salutares, militares, viales: de quibus ante biennium elegantem dissertationem vulgavit *Everardus Otto*, ut & *Lares* & imagunculæ cubiculares: (4) in quibus eminet *fortuna aurea* seu regia, quæ in cubiculo Principum Romanorum poni solebat. Adjiciebant *Silvanum* finium tutorem & *Priapum* hortorum custodem. Neque deerant

Qui remunerabantur te Priape, & te Pater. Silvane tutor finium (5)

Præcipue *priapi* magnam esse virtutem sibi persuadebant ad averruncandum fascinum, ut fascinus exinde diceretur. Illum ipsum habebant fertilitatis autorem: Etiamne inquit *Arnobius* (6) mutunus, cujus immanibus pudendis horrentique fascino vestras in equitare matronas, & auspicale ducitis & optatis. Idem aver-

(1) Lactant. divin. institut. libr. l. cap. 20. pag. 50.
(2) Hieron. ad Esaiam cap. 57. Salmas. ad Solin. pag. 571.
(3) Rosin. Antiquit. Roman. Hofmann in lexico voc. averrunc. Penates. Tutela.
(4) Sveton. in August. cap. 7. Capitolin in Pio cap. 12. Marco cap. 7. Spartian in Severo. cap. 23.
(5) Horat. epod. 2.
(6) Arnob. ad vers. gentes.

averruncare credebatur invidiam, quem ideo non pueris solum, sed currui triumphali Imperatoris appendebant. (1) Hunc

Custodem medio statuebat villicus horto
Opposita spectat, quem proba virgo manu. (2)

Imo cum effigiem ejus non sibi comparare possent rustici, ossa *capitis Asini* ipsi sacri eadem veneratione prosequebantur,

Vile coronati caput ostendebat aselli
Ad quod lascivi ludebant ruris alumni

ut Juvenalis inquit & Columella

Nunc caput arcadici, nudum cute, fertur aselli
Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris.

Tali cultu & *Messiam Sessiam, tutelinam*, & alias ruris Deas prosequebantur.

Quin & in ædes *Herculis* Romæ in foro boario nec muscæ nec canes intrarunt, ut apud *Bosphoranos* in *Achillis* insula, nullæ ales: (3) cujus tamen effectus aut naturales esse potuerunt causæ, aut hominum hoc finxit astutia, igitur opus erat instinctu *Heraisci*, qui naturæ quodam impulsu, ut autor est *Suidas*, viventia & non viventia sacra simulacra discernebat.

C 2 Pri-

(1) Plin. histor. nat. libr. XXIIX. cap. 4. Plaut. in milit. glorios. act. 4. v. 6.
(2) Mart. libr. VII. epigr. 9. libr. III. epigr. 68. Virgil. libr. IV. Georg. Ovid. metamorph. libr. XIV. Fab. 16. v. 640. Priapœa junctim edita.
(3) Plin. histor. nat. libr. X. cap. 29. Bayle in lexic. voc. Hercules. Solin. polyh. cap. 19.

Privatim Telesmata colunt Principes. Privatim hujusmodi Numina principes Reipubl. Romanæ, *L. Sylla*, *C. Jul. Cæsar*, *Nero*, *Galba* aliique coluerunt, uti *Macrianorum* familia *Alexandri M.* imaginem. Ferunt (1) *Syllam* Apollinis imagunculam auream, *Delphis* allatam, semper in proeliis solitum circumferre. In pugna autem cum *Telesino* in tantum evasit hastas hostiles, ut incitante equo, equisone, cuspides ad caudam equi in unum collapsæ in terram defigerentur: Tunc etiam exosculatum esse, ita locutum: *Itane* Apollo Pythia *Cornelium Syllam* felicem, quem in tot proeliis extuleris illustrem, nunc ad portum patriæ adductum, projicies. *Julium Cæsarem* Romani Imperii caput, sculptam Veneris armatæ imaginem gestasse, eaque tessera in rebus summis plerumque usum fuisse, *Dio* (2) autor est. Ex ejus familia ultimus *Nero Claudius* Icunculam puellarem, cum quasi remedium insidiarum a plebejo quodam & ignoto muneri accepisset, detecta confestim conjuratione, pro summo numine, trinisque in die sacrificiis colere perseveravit; volebat credi monitione ejus futura prænoscere. (3) *Galba* (4) venerabatur simulacrum æneum *fortunæ* cubitali majus, quod gremio suo *Tusculum*, ubi æstivare consueverat, avexit: Et in parte ædium consecratum

(1) Plutarch. in Syll. Val. Maxim. libr. I. cap. 2.
(2) Dio libr. XLIII. histor.
(3) Sveton. in vit. Neron. cap. 56.
(4) Id. in Galb. cap. 4.

tum menſtruis ſupplicationibus & pervigilio anniverſario coluit. Videtur mihi etiam non prætermittendum, de *Macrianorum* familia id dicere, quod ſpeciale ſemper habuerunt, ut *Alexandrum M.* Macedonem, viri in annulis & argento, mulieres in reticulis & dextrocheriis & in annulis & in omni ornamentorum genere exſculptum portarent. Vidimus proxime, inquit *Trebellius Pollio*, (1) *Cornelium Macrum* in eadem familia virum, cum cœnam in templo *Herculis* daret, pateram electrinam, quæ in medio vultum *Alexandri* haberet & in circuitu omnem hiſtoriam contineret, ſignis brevibus & minutilis, pontifici propinare, quam quidem circumferri, ad omnes, tanti illius viri cupididiſſimos, juſſit. Quod id circo poſui, quia dicuntur juvari in omni actu ſuo, qui *Alexandrum* expreſſum vel auro geſtitant vel argento. Quæ uberius confirmant *Chryſoſtomus* (2) & alii.

De Sigillarus. Ipſe ad antiquorum redeo ſuperſtitiones & frivolam de mirificis mali averruncandi modis, perſuaſionem. Quorſum ſpectant *Sigilla*, quæ arte fictili *Romæ* fingebantur & venalia parabantur, quibus homines pro ſe atque ſuis piaculum *Saturno* facerent, (3) ad averruncandum imminens quodvis malum. Hæc ipſa (puto) à *Dionyſio Halicar-*

(1) Poll. de XXX. tyrann. pag. 295.
(2) Chryſoſth. homil. 21. ad popul. Antioch. & de mulier ornat.
(3) Macrob. Saturnal. libr. I. cap. 11. Cherbury de relig gentil. pag. 158.

licarnasfio imagines viris similes appellantur & *oscilla* imagunculæ Saturno oblatæ aut *Sigilla* aut *Sigillaria*, de quibus *Arnobius*. (1) Et abstinctis a risu, cum pro Diis immortalibus. *Sigilliolis* hominum & formis. Supplicatis humanis. Quinimo Deos esse *Sigillaria* ipsa censetis, neo præter hæc quicquam vim creditis habere. Inde *Romæ* locus, ubi imagunculæ vendebantur, nomen accepit *Sigillaria*, per quem, ut multitudine delicta sua patefaceret, *Nero* comitatus est *Sporum*, Eunuchum, *Augustorum* ornamentis ex cultum. (2) Hujusmodi multa amuleta colebant *Romani*, & in primis pueros modo natos tam insignibus ornamentis circumligabant. In quibus *fascinus*, *succinum*, aliaque multa, de quibus prolixe *Thomas Bartholinus* de puerperii veteris antiquitatibus, cujus compendium Amstelod. 1676. in 12. prodiit; cum vastum, quod parabat opus, consumsisset ignis:

Sic avia, aut metuens Divum matertera cunis
Exemit puerum, frontemque & uda labella,
Infami digito & lustralibus ante salivis
Expiat, urentes oculos inhibere perita, (3)

Sic invocabatur *Cunina* Dea, quæ infantes in cunis tuebatur, & fascinum submovebat, *Rumina*, *Potina* & quæ sunt alia Dearum nomina. (4)

De-

(1) Arnob. libr. VI.
(2) Svecton. in vit. cap. 28.
(3) Perf. satyr. 2.
(4) Lactant. divin. institut. libr. I. cap. 20. pag. 50. Minut. in Octav. pag. 83.

Decantata præterea erant, apud eosdem *Sabella*, seu *Sabina* carmina & *Marsiorum* Næniæ; (1) qui quidem *Marsi Psyllique*, quod fugarent serpentes, populo laminas pro colubrarum ictibus vendere solebant. (2) Erant & alia iis carmina contra grandinem, morborum genera & ambusta, & *Vestales* iis credebantur mancipia fugitiva retinere, nondum egressa urbe. (3) Hæc si studiose diligenterque curare vellem, amplissimam haberem dicendi materiam. Disquirerem, an aliqua virtus sit in verbis & carminibus, quod fecit *Plinius* (4) naturæ mystes, qui *M. Servilium Nonianum* in metu lippitudinis duabus literis Græcis P. & A. chartæ inscriptis usum & *Mutianum* ter Consulem, viventem muscam in linteolo albo eadem observatione portasse notat. Imo vero evolverem

Carminibus & Pontificum libris.

Pontificum libros annosa volumina vatum.

Et de *Numa Labeono Antistio*, *Attejo*, *Capitone*, *Trebatio*, *Vectio*. *Prætextato*, *Flaviano*, *Caj. Jul. Cæsare*, *Fenestella*, *Rutilio Gemino*, *Fabio Pictore*, *Cloatio Vero*, *Ennio Veranio*, *Appio Pulchro*, *Masuro Sabino*, *& Granio Flacco*, qui sacros, Pontificiales & Augurales, nec non de *indigamentis* libros ediderunt, differerem, sed proden-

(1) Horat. epod. 17. Ovid. libr. VI. Fastor. Plin. histor. nat. libr. XXIIX. cap. 2.
(2) Arnob. libr. II. adversf. gent. pag. 39. & 50.
(3) Plin. l. c. Senec. natur. quæst. libr. IV. cap. 67
(4) Plin. l. c.

do obstat ingens verecundia in tanta animorum varietate. Qua propter de his, ut libitum cuique fuerit opinetur.

De Consecratis statuis. De *Consecrationibus* (1) est quod moneam, carminibus enim incantatis & sacrificiis peractis statuæ quædam consecrabantur & in eo loco defodiebantur, quem barbaros transire nolebant. Has violare summa erat religio, adeo ut cum M. *Antonius* Marcomannos de vovisse populo Romano diceretur, non auderet *Heliogabalus* (2) in eos movere, antequam consecrationem abstulisset, quam avidissimo studio quærebat, ut eam dissiparet, spe belli concitandi. Sic *Aurelianus* (3) adversus eosdem *Marcomannos* sacrificia instituit, quæ barbari transire non possent, quibus ut monstris quibusdam speciebusque divinis impliciti sunt. Antequam hic regnarent per *Magos* curabat *Didius Julianus*, quibus putabat vel odium populi deliniri vel militum arma compesci posse. (4)

Temporibus *Constantii* & *Placidiæ* Æsculapius possessionum in *Sicilia* curator Telesmatale fregit. Statua erat ænea ab antiquis inaugurata, cum ut *Ætnæ* montis ignes averteret, tum ut Maris transitu Barbaros prohiberet

(1) De his elegantiss. libr. edidit van Dalen cum ips. libr. de oracul.
(2) Lamprid. in Heliogab. cap. 8.
(3) Vopisc. in Aurelian. cap. 18.
(4) Spartian. in vit. cap. 7.

ret. Altero enim pede perpetuum ignem, altero vero perennem aquam gestabat. Ea igitur confracta ex Ætneo igne, & a barbaris detrimentum accepit *Sicilia*. (1) Eadem tempestate *Valerius* Præfectus in *Thracia* cum ad locum quendam inquirendi thesauri causa accederet, sacrum illum esse religione ex incolis cognovit & antiquo ritu statuas ibidem consecratas. Retulit hæc ad Imperatorem rescriptumque accepit, quo jubebatur indicata illa bona tollere. Igitur effosso loco, tres solidæ ex argento fabricatæ repertæ sunt statuæ, specie barbaricæ sitæ, & utroque brachio ansato, veste præterea variegata, barbarico ritu indutæ & comam capite gestantes, atque in septentrionem, quæ Barbarorum regio est, obversæ. Quæ simul atque statuæ sublatæ sunt, pauco post dies *Gothorum* primum gens universam incurrit *Thraciam*, futuræque paulo post erant *Hunnorum & Sarmatarum* incursiones in *Illyricum* & ipsam Thraciam: uti Thraciam inter & Illyricum sita sunt hæc consecrationis loca, & trium statuarum numerus adversus omnes gentes barbaras inauguratus videbatur. *Alexander* Imperator, [inquit Zonaras: (2) *Leonis* Philosophi frater, magos rogans, an diu regnaturus esset, audivit ex illis, se diu victurum, si a pro, qui in theatro ex ære factus erat, dentes & pudenda apponerentur, quia ea figura tua est, quæ e regione

(1) Olympiodor. ap. Phot. pag. 182. & 187.
(2) Zonar. in histor. annal.

sita est *Leonis* fratris tui. *Aper* etiam *Caledonius* ex ære fusus erat (*Herculis* erat statua a *Lysimacho* sculpta) eo *Alexii Angeli* Imperatoris conjux, *Euphrosina* magiæ dedita utebatur, atque aliis statuis, quibus membra decuti jussit. (1) Hac superstitione captus *Manuel* Imperator cum in *Hunnos* bellum pararet *Hungarissam* fatalem Hunnorum statuam, quæ in foro *Constantini* stabat, disjecit, Romanam suo loco restituit; utebatur is interpretis Latini loco, *Aarone Isaacio*, apud quem compertum est Simulacrum testudinis, in quo erat imago hominis, ambos pedes in vinculis habens & pectus clavo transfixum erat. (2) Eadem fiducia *Theophilus* Cæsar ingruente bello, consilio *Joannis* Patriarchæ, tricipitem in circo statuam, in qua hostilium ducum fortuna collocata erat, ferire jussit. Valido impulsu duo statuæ capita discussa, tertium languidiore ictu inclinatum. Ita se hostilium Ducum habuit fortuna. Orta gravi in castris seditione, duo Duces ceciderunt, tertius gravi vulnere confectus, irrito belli gerendi conatu, domum rediit. (3) *Eudoxiam* etiam Imperatoris conjugem literas & characteres utero imposuisse, quibus enecatus partus extraheretur *Cedrenus* autor est. Qui similia in *Romano Lecapeno* Imp. narrat. Talia simulacra *Constantinopoli* expugna-

(1) Stozz. Cicogn. de mag. omnif. libr. IV. cap. I. pag. 451.
(2) Nicet. libr. IV. cap. 7. pag. 160. & libr. V. annal.
(3) Zonar. tom. III. annal.

gnata invenit & destruxit *Muhammedes*, victor Orientis. Is cum superbus urbem equo obiret, in hippodromo columnam vidit lapideam, cui triplex ex ære impositus erat serpens, ita ab imo convolutis inter se spiris, ut tria eminerent serpentum capita; Sultanus sciscitatus, quid hoc idoli esset? Simul magna contorta in serpentes clava, unius labrum inferius comminuit. Quo facto mox serpentes magno numero conspici in urbe cœperunt, quibus excludendis hoc simulacrum positum erat. Alio in loco equus aheneus stabat cum equite sessore, quo simulacro pesti præclusus in urbem aditus ferebatur, *Mahumedes* hoc demolito, fidem fecit superstitioni. (1)

Inter Christianos Telesmatum artifices.

Sic hæsit diu in animis veterum & Gentilium & *Christianorum* approbatio & studium horum remediorum. Ideo *Joannes Chrysostomus*, (2) *Basilius* & alii pii sanctique viri, multis locis scriptorum suorum gravissime in eos invehuntur, qui more paganorum *peri apta* nectunt. Extantque de horum pœnis canones multi in antiquis Patrum conciliis, (3) & *Constantii* temporibus, si quis remedia quartanæ vel doloris

(1) Leunclav. in pandect. Turcic. pag. 130. Boisard. de divinat. pag. 347. Kircher. Oedip. Ægypt. tom. II. part. 2. pag. 447. Sandys in itineras.

(2) Chrysosth. de mulier. ornat. Basil. Homil. in psalm. 45. Van Dale de divinat. pag. 531.

(3) Concil. Trullan. can. 61. Laodicen. can. 36. nec non in Gelas. decrétis.

loris alterius collo gestaret, sive per monumentum transisse vespere malevolorum argueretur indiciis, ut veneficus pronuntiatus reus capitis interibat. (1) Quod aliis de caussis sub *Antonino Caracalla* publica statuit severitas. (2)

Gnostici. Præcipue quidam GNOSTICI dicti, *Marci* Ægyptii *Basilidis*, *Carpocratis*, *Valentini & Cerinthi* discipuli, (3) in his rebus insaniebant & morphomata mirifica gemmis laminisque insculpebant, quæ ad nostram ætatem servavit curiositas. Hi miraculorum fabri (ut credi volebant) *literas Ephesias* in vitam revocabant, initiatis acclamantes *BESAMA*, *CAMOSI*, *BNE*, *ANOORA*, *MYSTADIA RHUDA*, *CUSTABA*, *PHOGOR*, *CALATHI*, quorum interpretatio hæc est: *O qui es supra omnem virtutem patris, te invocamus, qui lumen & spiritus bonus nominaris, quoniam in corpore regnasti.* (4) Vana magisteria & circulatoriæ artes de quibus multa commentari tædet. Jamque de *Abraxas* eorum elegantem dissertationem scripsit *Joannes Macarius* Grevelinganus, (5) quæ inscribitur *Abraxas* seu *Ari-*

(1) Ammian. Marcell. libr. XIX. & XXIX.
(2) Spartian. in ips. vit. cum not. Casaubon.
(3) Epiphan. de hæret. libr. I. tom. II. Niceph. histor. ecclesiast. libr. IV. cap. 2.
(4) Irenæus libr. VII. de erroribus Gnosticor. & libr. II. cap. 13. Kircher. Oedip. Ægypt. tom II. part. 2. Class. II. cap. 6. pag 469.
(5) Freher. in theatr. Miræus in elog. belg. pag. 135. Val. Andr. in bibl. belgic.

Aristopistus cui accedit *Abraxas Proteus* seu multiformis gemmæ *Basilidianæ* portentosa varietas, exhibita & Commentario illustrata a *Johanne Chifletio* Antwerpiæ 1657. in 4. Hujus ejusdem vocis explicationem nec non *Abraxalaldabaoth* ac *Barbelones* promisit *Joh. Christ. Clodius*, cum de *Gnosticorum Caulacau* sub præsidio *G. Sam. Schurtzfleischii* disquireret. (1)

Ab his quanquam vulgo credatur artem amuletariam ad reliquos Christianos transiisse, crucem tamen figit, quod hos ab *Ægyptiis* sua hausisse dicant; in illis Judaica quavis pagina se prodat superstitio. Illi nomen Dei *Tetragrammaton*: hi *JESU* Salvatoris adhibent. Illi nomina Patriarcharum Regum & Prophetarum; hi sanctorum suorum adjiciunt, utrique in morbis curandis, singularibusque perpetrandis, preces arcanas fere unisonas intonant. Veluti *Joannes Goropius Becanus* Psalterium olim antiquum vidit, lineolis rubris notatum, ad omnia morborum genera, verbo divino sananda. (2) Sic Pelagius eremita Majoricanus, qui 1480. obiit *Medicinam spiritus S.* seu *modum curandi per preces* in MS. præter alia rarissimi commatis opuscula reliquit. (3) Quibus jungi possunt *Foelix Malleolus* precationem pro curatione morborum pa-

(1) Witteb. 1706. in 4.
(2) Hartmann **von Segensprechen.**
(3) Libanii epistola de huj. opp. libro ejus de visionibus nocturn. præmissa Fabric. bibl. Gr. libr. II. cap. 10, pag. 426.

patronus, (1) & *Trithemii* modus per orationem a Deo T. O. M. quidvis impetrandi ad *Maximilianum* Cæsarem MS. utuntur Judæi Psalmis *Davidis*; utuntur Christiani & præter psalterium a *Becano* ut diximus visum, *Libro del oro dellegrand vertu, dell a salmi de David*, erat apud Comitem *Petriburgensem*, (2) & *Theophrasti Paracelsi* nomine circumfertur, *usus Practicus Psalmorum* cum magicis & cabalisticis influentiis operationibus & characteribus in MS. In specie de Psalmo CIX. quem imprecatorium habent, legi poterunt plur. Reverend. *Joh. Arnd. Schmidius* singulari dissertatione, & D. *Fechtius* de precibus contra alios institutis. *Judæos* denique thymiamatibus & exorcismis diximus usos & utuntur Christiani, veluti me ultra *viginti scriptores de exorcismis* commemorasse memini, cum de iis agerem: Hæc vero prolixa oratione repetere nolim, aut ut libros qui huc veniunt: in quorum numero quidam *contra omnia mundi pericula* inscribitur, & refertus est nominibus Dei signis crucis & infinitis characteribus, mysticis figuris & verbis non intelligibilibus. (3) Tales servant bibliotheca *Vindebonnensis*, *Cottoniana*, & aliorum. (4) Nec animus est, affinia sectari

(1) Del Rio, disquis. magic. libr. III. part. 2. qv. 4. sect. 8.

(2) Catal. MSS. Angl. &c. Hibern. n. 6361.

(3) Boisard. de divinat. pag. 768.

(4) Lambec. comment. de bibl. Vindib. libr. VI. pag. 110. & 121. Thom. Smith de biblioth. Cotton. cap. 8. pag. 10. & 66. n. 8.

tari & *Mandragoræ* radicem, quam superstitiose colunt, cultro anatomico discindere, spiritusque exinde familiares ciere, quod *Iacob Thomasius*, *Israel Fromschmid ab Hugenfels*, *Hartmannus*, & ex *collegio curiosorum* quidam, fecerunt: Nec de *armatura magica*, arteque Passaviensi, multis verbis uti, quod argumentum *Ioh. Ernestus Burggravius*, *Henr. Kunraht*, *Ionstys*, *Io. Lud. Hartmannus* tractant. Forsan terror panicus & opinio plurimum valet in hostibus, quos apud *Ovidium*,

Increpat & vitioque animi non viribus inquit,
Gorgoneis torpetis Eryx, incurrite mecum
Et prosternite humi juvenem magica arma ferentem.

Ad *Arabes* transimus & *Saracenos*, quorum opera, in cacumine arcis *Marocci*, tres esse aureas sphæras ponderis librarum 1350. narrat *Leo*, (1) quas nullus nisi infeliciter auferre ausus fuerit. Referunt, conflatas fuisse pretio monilium gemmarumque uxoris Regis *Mansoris*, si derum concordi potestate, secundum quasdam precationibus munitas ceremonias, adversus eos, qui illas auferre destinassent, ut nullo artificio inde distrahi queant. Non defuerunt Reges huic civitati, qui pretio auri allecti sphæras loco movere conati sunt. Sed mirum semper illis obtigit infortunium, quod conatum impedivit. Hujus rei plura exempla referunt anti- *Arabes Telesmatici.*

(1) Leo in descript. Afric. libr. II. cap. 45. pag. 104.

antiqui *Almansor Messa allah*, Zahel, *Albohazen Haly*, *Rhodoam Albategnius*, *Omar*, *Zachdir*, *Mohamed & Serapion.* (1) Speciatim omnia persequi non vacat, erit inferius de iis disserendi commoda occasio, ubi & autores dabo, quorum tanta abundat copia, ut AL BASTAMI ducentos prodiderit, qui ante eum *mysteria literarum* exposuerint. (2) In his enim omnem vim amuletariam venantur, inde elicientes artes KIMIAM & SIMIAM dictas, ex quibus *Kimiam* describunt: cognitionem Spirituum terrestrium, ad petenda ex his subtilissima, ut nobis serviant. *Simiam* cognitionem virtutum superiorum, ad trahendas eas inferius. Illa iterum dividitur in tres partes TARGI, TELSEM, & SALMAHUS, (3) quæ quidem magisteria lubens omitto theurgica, in quibus enarrandis tam operosus est *Athanasius Kircherus* de *cabala Saracenica & Agarena* in Oedipo suo Ægyptiaco. De iisdem agere constituerant *M. ANDR. ACOLUTHUS* Hebrææ linguæ Profes. Uratislaviensis *In spoliis Mahumedanis Arabo-Turcicis*, *& M. CHRISTIAN. ZOEGA*, cujus spem fecit in dissert. *de buccina*, sed utriusque, quantum scio, messis in herba est.

Septentrionis & Occidentis incola. BOREALES malo & *Occidentales* scrutari mundi plagas, in quibus idem regnavit, qui apud alios, ima-

(1) Gaffarel. curiosit. in audit. cap 6. n. 3. pag. 108.
(2) Herbelot. in bibl. orient.
(3) Herbelot. pag. 775. & 811.

imaginum mirificarum cultus, interque ipsos GERMANOS, qui manu se tueri quam creduli quidlibet arripere assueverant. *Æstyorum* gentes, matrem Deum venerabantur, & insigne superstitionis formas *aprorum* gestabant. Id pro armis, omnique tutela inquit *Tacitus* (1) securum Deæ cultorem etiam inter hostes præstat, GOTHI *Runas* habebant victoriales *Sigruner* vocatas, quas capulo gladii aut lituo bellico incidebat, qui sapiens, astutus atque callidus evadere optabat. Has ipsos docuit *Odinus*, de cujus nec non *Hartgrepi* Reginæ fatiloquis capitibus multa fabulantur scriptores (2) ut & de rana ænea Botniensium Finnorumque. (3) In *Hispania* erant Herculis columnæ terrarum Oceanique vincula, quæ *Hercules* domui Parcarum inscripserat, ne qua elementis contentio sit, neque amicitiam lædant: (4) De alio Tilsema ibidem extructo *Hottingerus*. (5) *Parisiorum* urbem serpente glireque æneo pro illis animalculis fuisse munitam nec non ignis figura pro igne, *Georgius Suronensis* tradit. (6)

Verum age non hic te post hac morphomate ficto
Atque per ambages & longa exorsa tenebo.

D Non

(1) Tacit de morib. German. cap. 45.
(2) Ol. Verelig. in Runograph. cap. 16 Saxo libr. I. cap. 13. Snorro in Chron. Norweg. Arnkiel in Cimbrisch. Heydenthum p. 1. cap. 39. §. 3.
(3) Olaus M. libr. III. & 5. cap. 17.
(4) Philost. vit. Apoll. lib. V. c. 5. cum. not. Olearii.
(5) Hottinger. histor. orient. libr. I. cap. 8.
(6) Georg. Turon. histor. Franc. libr. VIII. cap. 33.

Non ſtatuas omnes quæ rariores ſunt, non cereas imagines, non gladios & arma proferam Talismanica, non ſimplici aut mixto metallo cuſas explicabo monetas, non virgineam membranam characteriſmis & ſigillis magicis repletam, nec pileum naturalem exhibebo, quo pueri modo nati ſolent inſigniri, quem obſtetrices rapere, & advocatis credulis vendere ſolent, ſi quidem cauſi dici hoc juvari dicuntur, ut narrat *Ælius Lampridius*, (1) non radices herbalas, plantas ob virtutem amuletariam collo appenſas, non ceras non verba conſtellata, non exorciſmos illis detraham.

Multa inepte Telesmata creduntur naturæ aut artis opera.

Recte me judice *Lucianus* (2) ridet Philoſophum, qui pro tumore pedum, pedem muſtellæ in corio leonino ſeu cervæ amuletum crediderat, exiſtimans, iis nunquam immitti ſanitatem, nec ſi quis vel in *Nemei Leonis* pellem ſedecim muſtelas integras inſueret. Multa enim vi *Talesmanica* ex ſola opinione hominum & ignorantia cauſarum donantur vel artis vel naturæ opera, quo fit, ut ii, qui nimium numerum *Telesmatum* augent, minorem inveniant fidem. Huc veniunt *Architæ* columba lignea, *Boëtii* anguis igneus ſibilans, avesque ſimulatæ

(1) Lamprid. in vit. Diadumen. Hofmann in lexic. voc. pileati.

(2) Lucian. in philopſeud.

tæ cantantes, (1) *Alberti Magni* & *Rogeri Baconis* capita artefacta (ad imitationem *Orphei* conficta) quæ itidem *Virgilio*, *Silvestri II*, *Roberto Grossetest*, *thomæ Bungey*, *Guilielmo Parisiensi*, *Henrico de Arragonia* tribuuntur. (2) Quidni *Architæ* sphæra, parva machina, gravida mundo, cœlum gestabile, compendium rerum, speculum naturæ: *Regiomontani* aquila, *Fluddii* taurus lyraque. (3) Quidni illi fœcundæ naturæ in lapidibus lusus, quos uno vocabulo *Gamahe* (4) dicimus, nec non musca illa ænea quam carnes *Pragæ* ferunt (5) æstivo tempore a muscarum impetu reddere immunes.

Vanissimam in his ubivis observare licet superstitionem, qua, licet docti filamentis aranearum comparent, implicatur credulorum inscitia, & stulta levitas. Ponderanda hæc: Quæ sunt in his aut possunt esse bona, segreganda a malis: Quæ mala, fugienda & sicco præterunda pede. Quorum vero dubia, & incerta fides; caute indaganda sunt, ne verba nobis dentur, & aliquid esse in illis magni & secreti boni judicemus.

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura:
Quæ legis hæc, aliter non fit, Avite, liber.

D 2 CAP.

(1) Cassiod. l. I. epist. 45. Gell. noct. atticar. l. XII. c. 10.
(2) Naud. apolog. pour les grands hommes cap. 18. pag. 38. Nicol. Anton. in bibl. Hispan.
(3) Fludd. in apolog. Fratr. Rof. Cruc. cap. 1. pag. 24.
(4) Gaffarell. curiositat. in audit. cap. 5. pag. 96.
(5) Wagenseil in pera libror. juvenil. pag. 316.

CAP. I.

De ANTIQUISSIMIS SCRIPTORIBUS TALISMANICIS

Argumentum.

Inter Scriptores Adami, Abelis, Henochi, Chami, Abrahami *pseudepigrapha scripta &* Moyses *divinus Legislator locum nanciscuntur. Nec uno* Salomon, *cui XXXVI. magica & cabalistica traduntur opuscula; Apud* Ægyptios *horum satis ampla seges, Liber ibi occurrit ceremoniarum*, Hermetis *integra, bibliotheca*, Jamnis & Jambris, Serapidis, Necepsi Jacheni *aliorumque conatus. Inter* Chaldæos *prodit* Zoroaster, *magnus horum sacrorum mystes, cum tota Magorum Schola. Apud* Græcos *Messeniorum operta sacra*, Orpheus *& alii* Eumolpus, Pythagoras, Empedocles, Democritus, *& qui fuerunt apud eos mysteriorum & initiorum autores. Similiter quæ* Platoni, Aristoteli, Alexandro M. Alexandro Aphrodisæo, Celso, Thessalo *tribuunt maleferiati, qui summa impietate* Christum *dulcissimum Salvatorem huc trahunt. Horum protervia retunditur, ut & aliorum librorum magicorum, quos non diu post eructavit orcus. Inter* medicos *posterioris ævi* Caleni & Sammonici Sereni, Alexandri Tralliani, & Theodori Prisciani *mentio fit: Inter* Philosophos L. Jun. Columellæ, Apollonii Thyanæi, Juliani *utriusque* Sextii Julii Africani *denique* Jambilichi, *in quem scripsit* Philoponus.

Ori-

Originem *Telesmatum* timide & vere, cunde ad antediluviana superius retuli tempora, sed amici eorum hanc moderationem animi & æquitatem meam taxant, multisque scriptoribus, quos undique conquirunt, meam oppugnant fidem. *Antiquissimi de Talismanibus scriptores.*

Non dubitant ADAMUM humani generis parentem, tale scriptum mirificum in ripa fluminis e *Paradiso* exeuntis a *Razicle* angelo suo dono accepisse, impudentissime fabulari. (1) Eadem asseverantia ABELI ipsius filio opus *de virtutibus & viribus planetarum* tribuunt, quod cum injuriam temporum evitare potuerit, illæsum sit ad nos perlatum. Scilicet cum mundo a diluvio imminere exitium sciret, hunc librum in cavo lapide caute abdidisse, unde *Hermes & Trismegistus* fœlicissime eruerit. Istum post longam annorum seriem *Thomam Aquinatem* sibi comparasse, & secundum ejus regulas complures imagines ad varios mirabiles effectus confecisse narrant. Leguntur historiolæ istæ apud ipsum *Aquinatem*, (2) *Thomam Torquemadam*, (3) *Broisardum* (4) *Naudæum* (5) aliosque. *Adamus.* *Abel.*

(1) Lambec. prodr. hist. liter. Kircher inobelisc. Pamphil. lib. I. c. I. Lomeyer debiblioth. c 2. pag. 10. Bayle in lexic. voc. *Adam* Wolf. bibl. Hebræ. p. 110.
(2) Aquin. de ent. & essent. tract. 4. cap. 2.
(3) Torquem. in Hexamer.
(4) Boisard. de divinat. pag. 44.
(5) Naud. in apolog. cap. 17. Wolf. bibl. Hebr. p. 346.

Eadem de HENOCHO fabula agitur, cui triginta & amplius ſcripta quidam tribuunt, (1) ſuoque adhuc tempore tractatum ejus de *rebus divinis* in *Æthiopia* magno fuiſſe in pretio *Vignerius* (2) teſtatur. Ne de omnibus illis dicam; eſt liber fictitius, qui adſcribitur *Enoch* continens fabuloſam narrationem de *ſtellis quindecim earum, herbis & characteribus lapidibusque*, per quam vaniſſimam ſcientiam ut cæteri curioſa promittit. Ex cujus principio autoris ſtultitia cognoſcitur. Incipit enim ſic: *Ego Enoch, tanquam unus ex Philoſophis & Prophetis propono gratiam Meſſiæ, qui poſt me venturus eſt.* (3)

Noachus. Eodem ſtilo NOACHUM ei comitem addunt, communem generis humani reſtauratorem, cui non ſolum *pſeudo Beroſus* librum de *ſecretis rerum naturalium* tribuit, ſed alii itidem librum de *magia naturali* adſcribunt, quem *Chamus* ipſi ſurripuerit, & filio *Mizraimo* tradiderit. (4) CHAMUM autem artis Teleſmaticæ autorem a quibuſdam haberi ſupra monuimus, quam accepiſſe a filiis *Cain* & in æneis tabulis tradidiſſe poſteris *Rabbini* autumant. (5) Hodienum circumfertur talis liber impoſtorum

Chamus.

(1) Pfeiffer de Henoch, cap. 4. Herbelot in bibl. orient. pag. 310.
(2) Vigner. de cifris pag. 288.
(3) Trithem. in antipal. malefic.
(4) Fabric. in cod. pſeudepigr. V.T. pag. 263.
(5) Kircher. Oedip. Ægypt. tom. I. pag. 84. & 245.

rum nequitia. (1) Qua ABRAHAMUM, virum sanctissimum huc trahunt & librum *Massichtan* composuisse ferunt, in quo tradiderit omnes modos *magiæ* & effectus ejus per patientiam immundorum spirituum, quemadmodum librum *Jeziræ* de nominibus sanctis. (2) Atqui hoc scriptum non esse *Abrahami*, sed *R. Akibæ* doctis notum est. Eundem apud *Sabæos* aperta cista *Adami* invenisse (3) ejus libros, item libros *Sethi* & *Edris* credat, qui velit. Impium sane viro optimo quicquam magici tribuere, nisi per magiam intelligant occultam sed solidam sapientiam. *Abrahamus.*

Libentissime huc etiam referrent MOYSEN, Divinum Legislatorem, quem Magis annumerarunt gentiles, annulos amoris & odii confecisse tradit *Iosephus* & alii; serpentem æneum astrologica virtute mirabilem erexisse contendunt, & habent Judæi librum de certaminibus *magorum* cum *Moyse* admodum curiosum, quem simul ac ejus copiam nancisceretur edere cogitabat *Gilber-* *Moyses.*

(1) Cichus ad Sphæram de Sacrobosc. Lambec. in prod. histor. literar. pag. 13. Sixt. senens. biblioth. sacr libr. II. Bochart in Geogr. S. part. 1. libr. IV. cap. 1.

(2) Fabric. in cod. pseudep. V. Test. Epiphan. de hæres. Sethian. Wolf. bibl. Hebr. pag. 23.

(3) Stanley in philos. orient. libr. III. cap. 2. & 3. Braun. in select. sacr. pag. 572.

tus Gaulminus, (1) ipsi tamen peculiare scriptum tribuere erubescunt & ii quibus.

Sanguinis in facie vix hæret gutta

Salomon. Eo majore contentione SALOMONIS filii *Davidis* præclarum nomen ad se trahunt, de quo communis fama per crebuit, magia illicita, ut idololatria, vitam antea integerrimam commaculasse, easque nequitias scripto consignatas posteris reliquisse, plurima sane ipsius nomine veniunt opuscula, quorum tredecim indicavit *Naudæus*, (2) plures *Cl. Fabritius* (3) utrisque, si res tanti videbitur, addere liceat spicilegium. Non quidem nuper conficta est fabula, sed jam *Iosephus* (4) incantationes composuisse indicat, quibus morbi pellantur, Dæmonesque ejecerit *Eleazarus* præsente Vespasiano. Scripti *Salomonis* de adjurationibus Dæmonum inter Christianos meminit *Origines* (5) nec non *Mich. Glycas*, (6) & *Nicetas Choniates*, qui *Aaronem* Magum apud *Manuelem Comnenum* Imp. eo produxisse legiones Dæmonum narrat. Sic *Nicolaus Eymericus* (8) tempore

(1) Gaulmin. in not. ad vit. Mosis libr. I. cap. 1.
(2) Naudæus in apolog.
(3) Fabric. in cod. pseudep. V. Test. Scip. Sgambatus in Archiv. V. T. pag. 524.
(4) Joseph. antiqv. judaic. libr. VIII. cap. 2. Cedren. in compend. histor.
(5) Origen. in Matth. sermon. 35.
(6) Glycas annal. part. 2. pag. 183.
(7) Nic. Choniat. libr. IV. cap. 7. pag. 160.
(8) Eymeric. in direct. inquisit. part. 2. quæst. 28

pore *Innocentii VI.* testatur publice damnatum & comburi factum quendam magnum & grossum librum Dæmonum invocationum in septem partes distinctum, qui intitulatur: liber *Salomonis* in quo erant scripta sacrificia, orationes, oblationes & nefaria quamplurima fieri Dæmonibus solita. Famigeratissima omnium est ipsius *clavicula secretorum* in ipsius sepulchro, ut fingunt reperta, liber *Gelasii* decreto jam olim damnatus. Hunc Judæi & Arabes in *Hispania* suis posteris hæreditario jure olim relinquebant & per eum mira quædam & incredibilia operabantur. Sed quotquot inveniri potuerunt exemplaria justissimè flammis inquit *Delrio* (1) inquisitores fidei concremarunt, & utinam ultimum exemplar nacti fuissent, non toties in abditis Bibliothecarum scriniis compareret (2) *Hebræa* lingua, qua scripta fertur, inventu difficilis, *Latina* passim in MSS. habetur, mutile & Christiani cujusdam superstitiosi manu interpolata aliquando etiam impressa est. *Hispanicam* versionem curavit *Gio Picatrix*, Italicam *Abrahamus Colornus* Mantuanus, ex qua manavit *Gallica*, Germanica etiam lingua Francof. apud Lupium 1686 in quarto prodiit. (3) Sed non est vera *Clavicula*, sed po-

(1) Del Rio disquisit. magic. libr. II, quæst. 3. pag. 98.

(2) Rabb. Kimchi ad 3 Regus cap. 4. Pinida in vita Salom. catalog. MSS. Angl. & Hibern. n. 6544. & tom. 2. n. 3602. & 6365.

(3) Conlect. libror. rarior. Fasciculo IV.

tius *Paracelsi* Theosophiæ pneumaticæ compendium. Inscribitur quoque *Ioannis Caramuelis a Lobkowiz* commentarius in *Trithemii* Steganographiam Clavicula Salomonis (1) Nihil vero negotii habet cum illis de quibus loquimur quisquiliis, in quibus aliquando mille imperialium pretium impenderunt nimis creduli magnates. Porro sub *Salomonis* nomine feruntur libri *Razael*, qui duplex est minor & major, uterque Cabalisticus & Magicus, (2) continens nomina angelorum & spirituum & docet quomodo tam boni quam mali sint conciliandi, quomodo cum Sole & Luna loquendum, & morbi averruncandi, incipit: Dixit Salomon *gloria & laus cum multo honore sit Domino.* Nuper clam typis exscriptus est *Amstelodami* Hebraice, Germanicam versionem apud L. H. aliquando vidi. Est & liber *Schemhamphoras*, seu *Semiphoras* Salomonis Regis, (3) quo gloriantur nugi venduli, diversus ab eo quem hoc titulo Germanice edidit *Lupius*. Est & alius quidam, qui inscribitur *Almadel Salomonis*, qui explicit apud Fabricium (4) *Sanctum* Almadel Salomonis *de secretis secretorum & XII. altitudinibus cæli datis* ab

(1) Colon. 1635. in 4.
(2) Trithem. in antip. malef. Reuchlin de Cabal. & verbo mirif. libr. I. cap. 18. Buxtorf. in bibl. Rabbin. pag. 408. Wolf. bibl. Hebr. pag. 112.
(3) Gerson in astrolog. Theolog. in fin. Trith. l. c. Gesner pandect. libr. 10. i. Tit. 6.
(4) Fabric. in cod. pseudep. V. T. Trithem. in antip. malefic.

ab angelo Salomoni Regi Jerusalem *scriptum & completum per me* Joannem deFlexia A.D. 1435. d. 23. Februar. Hodie circumfertur liber iste cum MS. Commentario celebr. *Rabbi mazan* & inscribitur: *magia cœlestis*, docens modum conversandi cum angelis. Cui præmittitur commentatoris vita, qui se Principis *Tartariæ* filium fingit, qui ex ipsius domo profugus primum ad Judæos mox ad Christianos transierit, apud quos 1684. octogenario major obiit. Fertur etiam impius liber *Sapientia* inscriptus, quem eructavit orcus. (1) Est & liber *Lamena*, (2) qui incipit: *Salomon Rex prudentissimus*, & alius de *officiis spirituum* (3) & alius *Vinculum Spirituum* (4) cujus initium: *de vinculo spirituum non est silendum*,, alii vocant *baltheum* Salomonis, aut *cingulum*, quo titulo vidi ligamentum ex Pergameno aliquot ulnarum, ex una parte periaptis & sigillis magicis impletum, ex altera parte verbis obscuris & mysteriosis. (5) Habere sane Magos incantatiouis species δεσμὸς θεῶν, seu *vinculum Deorum & Dæmonum*, cujus autorem *Salomonem* Judæi perhibeant, Ægyptii vero *Iamnem & Iambrem* observat *Gaulminus*, (6) qui de illa mul-

(1) Braun. in select. sacr. pag. 574.
(2) Trithm. in antipol. lib. I.
(3)
(4) Catal. MSS. Angl. & Hibern. n. 3550.
(5)
(6) Gaulmin. in not, ad vit, Mos. libr, II, cap. 9. pag. 339.

multa diximus inquit ad libellum *de throno Salomonis*, sive Æthiopicam fabulam, quam his diebus in venatione Latinam fecimus, cujus autor *R. Abraham Sason*, (1) Libri caballistici, qui *thalamus* Salomonis dicitur, autor *Salomon* filius *Abrahami Algasi*. (2) Huc veniunt libri *de tribus figuris* spirituum, *de novem candariis*, *candelabrum magicum*, (3) MS. Hebraicum, auctum a *Makzan*. *Liber sacer* (4) Salomonis, liber *empto*, seu de *officiis spirituum*, & Principibus & Regibus Dæmonum, qui cogi possunt divina virtute & humana, quem edidit *Ioannes Wierus* & Pseudomonarchiam Dæmonum inscripsit. *Magia naturalis*, & *secreti secretorum* liber MS. prohibitus in indice expurgatorio Hispanico de Anno 1640. Ejusdem commatis sunt quædam experimenta, quæ *Salomon* Rex composuit *ad amorem* & impetrationem cujusdam excellentissimæ Reginæ. (5) *Salomonis* Regis Hebræorum *arcana*. Superstitiosa (6) *contradictio* (7) & *testamentum*. (8) *Cabala*, quæ nomen ejus præ se fert, est *Salomonis* cujusdam *Trimosini*, de quatuor

(1) Bartolocc. tom. I. pag. 42. Buxtorf in bibl. p. 316.
(2) Wolf. bibl. Hebræa pag. 108. &. 1046. 1035.
(3) Trithem. in antipal. malefic. libr. I.
(4) Catalog. MSS. Angl. n. 6370.
(5) Cat. MSS. Angl. tom. II. n. 8942.
(6) Lambec. comment. libr. I. pag. 92. Nessel. bibl. Vindob. part. 4. pag. 104.
(7) Sixt. senens. bibl. sacr. libr. II. pag. 131. voc. Salomon.
(8) Leo Allat de Græcor. opination. n. 21. pag. 163. Gaulmin. ad Psell. pag. 13. 21. 25. 106. 131.

tuor Magitis seu spiritibus astralibus. De libris divinatoriis vero *Hydromantia*, *Geomantia*, *somniorum interpretatione & speculo universali*, qui ipsius nomen in fronte ferunt, in *Bibliotheca fati dica* aliquando dicendi erit occasio. De *herbario* ipsius atque de *gemmis* scripto dicam inferius. Eidem tribuitur *ars notoria*, qnam alii *Paulinam* vocant, & ad *Paulum* Apostolum inepte referunt, alii ad *Salomonem*. In hac arte, qua omnium scientiarum apicem per orationes & lustrationes venantur, est liber *Gemeliot Salomonis*, sive artis Dei & triumphales orationes liberalium artium continet, qui citatur ab *Apollonio* in hujus argumenti libello apud *Apripam* & extitit in musæo *Æliæ Asmohle*, cujus codices Academiæ Oxoniensi legavit. *Apollonii* autem MS. erat apud *Henricum Jones*, (1) Nostrum argumentum proxime spectant *verba medicinalia* ipsius (2) Fuit enim Salomonis liber remediorum cujusvis morbi vestibulo templi incisus. Eum refellit *Ezechias*, quod populus neglecto Deo nec invocato sanationem inde malorum peteret. Hunc astrologorum figuras & telesmata continuisse putat *Maimonides*. (3) *Sigilla* ejus & *imagines cœlestes*, quas *Cæsaris Longini* nomine edidit *Goclenius*: reperiuntur etiam apud *Camillum Leonardum* *Salomonis* librum de *umbris idearum*

(1) Catal. MSS. Angl. n. 8277. tom. II. 7018. & 8451.
(2) Ceddren. in compend. histor.
(3) Wolf. bibl. Hebr. pag. 1049. Svidas voc. Ezech. le Clerc. histoir. de la Medecin. part. I. libr. II, cap. 3. pag. 77.

rum citat *Chicus Esculanus* (1) in quo appellationes, significationes & definitiones axium, polorum, circulorum atque aliarum Astronomicæ. Sphæræ partium, ad Magiam transferuntur. Ejus de *influentia Planetarum* opus (2) & *luna tabula* (3) in MSS. codicibus reperiuntur, nec non liber *pentaculorum* & *aanulorum*, (4) qui Telesticæ artis tradunt mysteria, quæ didicisse a mulierculis *Ægyptiacis* opinantur.

Apud Ægyptios. ÆGYPTIOS enim diximus, hisce rebus diligentissimam adhibuisse curam, quibus cum miscuerint religionem, ita ut maxima ejus pars iis constaret, merito hic locum nanciscitur *liber ceremoniarum*, quem ex antiquis *Ægyptiorum* relationibus cœlitus attulit accipiter, puniceo circumligatum filo; ceremonias omnes continentem (5)

Hermes. Hunc iis notum fecit, seu potius tradidit HERMES ille *trismegistus* sacer *Osyridis* notarius, quem ut Deum veneratur antiquitas: Sed ipsius facta mavult posteros credere quamscire. Quis enim fuerit, hæret in explicata quæstio & *Romanorum* illud obtinet: *Non liquet*. Ipse primus, ut ferunt, communem loquelam articulatim distinxit, literas invenit, Deorum cultus & sacrificia ordi-

(1) Chicus ad Sphær. de Sacrobosc.
(2) Catal. MSS. angl. n. 7611.
(3) Thomasin. in biblioth. Patav. MSS.
(4) Trithem. in antip. malef. Catal. MSS. angl. n. 8260.
(5) Diodor. Sicul.

ordinavit, distributam astrorum seriem vocumque harmonias & naturas princeps observavit, singulaque inventa scripto nepotibus tradidit. Veluti de ipsius XLII. sacris voluminibus egregie disserit *Clemens Alexandrinus*, (1) plura autem & innumera scripta ipsi tribuit *Firmicus*: Mercurius *inquiens* Ægyptius conscripserat viginti millia voluminum, de variis substantiis & principiis & potestatum ordinibus cœlestium: quæ aliæ atque aliæ traditæ fuerant, in quibus Astrologia & Theologia *Ægyptiorum* explicabantur. (2) Eorum partem constat *Hieroglyphicis* notis in obeliscis & columnis fuisse conservatam, ex quibus in sacrariis *Sain* inventis Regi *Ammoni* multa cognitu dignissima exposuit olim *Bytis* Propheta, (3) ut ante eum fecerat *Hermes* secundus, *Agathodæmonis* filius. (4) Successu tamen temporis ejus opiniones mire sunt a discipulis depravatæ, qui eas quomodocunque pro ingenii modulo Græcorum Philosophiæ aptare consueverant, quod fecerunt *Hermæus*, *Didymus*, *Arius* Megapolitanus, *Evanthus* & *Seleucus* Alexandrinus. (5) Id cum probaretur indoctis placeretque celeberrimum nomen, & antiquitatis honos, tandem corripuerunt eum

ne-

(1) Clem. libr. V. Stromat.
(2) Diodor. Sic. libr. I. cap. 16. biblioth. Lomeyer de biblioth. Lambec. in prodr. histor. libr. pag. 135. Fabric. in bibl. Græc. tom. I.
(3) Jambilich. de myster. Ægypt. sect. 8. cap. 5. p. 161.
(4) Syncell. chron. pag. 40.
(5) Fabric. bibl. Græc. libr. I. cap. 11. pag. 77.

nebulones, qui tam frivola & vana ipsi suppo-suerunt, ut quæ hodierno die ejus nomine inveniuntur scripta, sint nullius pretii,& vix ut legantur digna. Hujus commatis liber est, qui ei adscribitur *Kyrannidum*, sive *Kiranni Kirannides* opus & re & titulo tenebricosum, de quo celebres sunt doctorum opiniones: Editoris *Rivini*, qui *Kiranni* nomen a *Cyri* Persarum Regis deducit & *Kirannides* esse dictos autumat,quod chartarum aliarum quasi Reginæ sint. Alia, *Barthii* (1) alia quæ obtinet *Thomæ Reinesii* (2) sententia est *Kirannides* nihil aliud notare docentis, quam collectionem & Silvam, qualem in *re medica* dedit *Dioscorides & Oribasius* (3) Medicus tempore *Juliani* Libris IV. absolvitur I. de XXIV. gemmis & herbis agit, deque amuletorum & periaptorum compositione exinde petita. Secundus de XL. animalibus Tertius de avibus XLIV. Quartus de LXXIV. piscibus eorumque viribus medicamentosis. Sed tres tantum autoris cujuscunque sunt. Primus qui *archaicus* vocatur aut *Harpocrationis* aut ex ejus & Kyranni scriptis mixtus est. Liber sane ob *Harpocrationem* commendabilior,quem magni faciunt docti ob Lexicon. X. Rhetorum. Notat quidem *Iacobus Pamelius* hujus scriptoris commentarium extare περὶ φυσικῶν δυνάμεων Romæ in Vaticana,qui titulus nostro libro non male con-

(1) Barth. adversar. libr. XI. cap. 16.
(2) Reines. var. lection. libr. I cap. 1. & libr. III. c. 15.
(3) Phot. biblioth. cod. 217.

convenit. Sed negat *Philippus Jacobus Maussacus* in dissertatione critica ad X. Rhetorum Lexicon ubi de *Harpocrationibus* accurate inquirit. Hujus libri MS. Græcum erat in bibliotheca Scorialensi. (1) Aliud MS. in Anglia habebat *Franciscus Bernardus*, & tractatum inde extractum *Hans Sloane*. (2) Habuerunt itidem *Gaulminus* & *Car: du Fresne*. Inter Germanos *Henricus Ellenbergerus*, M.D. *Andrea Rivino* ejus copiam fecit, (3) qui Latine edidit. Versio Græca sub *Constantino Manuele* 1168. facta creditur: Licet eam antiquiorem *Reinesius* velit, quod *Olympiodorus* Theodosiani ævi scriptor, ejus jam meminerit. Latinam versionem curavit quidam *Ra Pa* ut vocatur, quam docti vulgo *Gerardo Cremonensi* tribuunt. Extant etiam in hunc *Rhyakini* in barbarum autorem barbaræ coronides. Hunc librum sæpius optarerat *Reinesius* inspicere, avidissimoque sectabatur studio, sed cum vidert immanem ejus spei fucum esse factum, publice testabatur, nihil continere, nisi aniles fabulas impiasque nugas. Movebat bilem hæc ingenuitas editori, qui sententiam *Reinesii* & totum variarum lectionum opus exulcerato corripiebat animo, cui amplissimam apologiam opposuit adversarius, in qua *Kirannidas* nostros falso perstringit. Feruntur & alia sub *Hermetis* nomine: *Imaginum conficiendarum ratio* per singulas

E gulas

(1) Vide catalog. bibl. MS. ex commun. Cl. Keitzeri.
(2) Catal. MSS. Angliæ tom. II. n. 3650. & 8887.
(3) Barth. l. c.

gulas horas noctis & *quadripartitum* de XV. stellis fixis XV. lapidibus pretiosis totidemque herbis & confectis inde imaginibus, ex quibus imagines magicas, quas edidit, descripsit *Goclenius.* (1) Utrumque ex Latina in Gallicam linguam transtulit *Huetus* Belga bonarum, ut se scribit, artium magister. Aliud MS. de VII. stellis, VII. herbis, VII. characteribus *Norimbergæ* servat Ill. *Georg. Thomasii* bibliotheca. (2) Multi hujusmodi ei tribuuntur.

Imaginum & præstigiarum libri.
De annulis Liber I.
De charactere lib. I.
De Sigillis lib. I.
De Sole lib. I.
De Imaginibus Martis lib. I.
De Imaginibus Saturni lib. I.
De Septem annulis Planetarum.
De confectionibus ad capicrada animalia Sylvestria. (3)

Sed recte his subjicit in continuatione *Gesneri Simlerus* esse alterius cujuscunque Ægyptii, Platonis ut se dicebat discipuli, qui *Hermetis* nomine superbiat ut Graculus Æsopi pavonum plumis. Eidem tribuitur liber *Alchorat,* (4) liber *Secretorum & liber occultus Angeli-*

(1) Goclen. de unquent. armar.
(2) Mehlführ. ad Almeloven. bibl. latent.
(3) Gesnerus in bibliothec.
(4) Albert. M. de herb. & lapidib. pag. 185. edit. Rivini.

licus, (1) quem fingunt ante diluvium a tribus angelis compositum, & incipit. *Hic est liber magnus atque secretus.* Continet autem sub 28. mansionibus Lunæ & 12. signis Zodiaci multa conficta & vana nomina angelorum, duodecim altitudinum & quicquid curiositas humana concupiscere possit, audacter more aliorum ribaldorum pollicetur. De *Chymicis* & *fatidicis* ejus scriptis, nec non *Asclepio* & *Pœmandro* disserui alibi.

Possem hic in partes vocare, quæ sub JAMNIS & JAMBRIS nominibus feruntur pseudepigrapha, (2) a *Gelasio* Pontifice damnata, (3) ut *Phylacteria* omnia quæ non Angelorum sed Dæmonum magis arte conscripta. Possem *Ægyptiorum* Medicos, quos *Alyptes* vocabat *Hadrianus*, (4) citare, qui carminibus & periaptis, medelam populo se afferre propalabant, nisi longa oratione vestram provocarem patientiam. *Jamnes & Jambres.*

Fuere quidem Ægyptiis hujusmodi libri ad expellandos & averruncandos Dæmones multi, ut testantur *Lucianus* (5) & *Apulejus*. (6) De opertis adyti *inquit* profert quosdam libros,

(1) Trithem. in antip. malefic.
(2) Fabric. in cod. pseudepigr. V. T.
(3) Van Dale de Anslea cap. I. pag. 7.
(4) Vopisc. in saturnin. cap. 7. & 8. cum not. Salmas. & Casaub.
(5) Lucian. in philopseud.
(6) Apulej. libr. II. metamorph.

multa diximus inquit ad libellum *de throno Salomonis*, sive Æthiopicam fabulam, quam his diebus in venatione Latinam fecimus; cujus autor *R. Abraham Sason*, (1) Libri caballistici, qui *thalamus* Salomonis dicitur, autor *Salomon* filius *Abrahami Algasi*. (2) Huc veniunt libri *de tribus figuris* spirituum, *de novem candariis*, *candelabrum magicum*, (3) MS. Hebraicum, auctum a *Makzan*. *Liber sacer* (4) Salomonis, liber *empto*, seu de *officiis spirituum*, & Principibus & Regibus Dæmonum, qui cogi possunt divina virtute & humana, quem edidit *Ioannes Wierus* & Pseudomonarchiam Dæmonum inscripsit. *magia naturalis*, & *secreti secretorum* liber MS. prohibitus in indice expurgatorio Hispanico de Anno 1640. Ejusdem commatis sunt quædam experimenta, quæ *Salomon* Rex composuit *ad amorem* & impetrationem cujusdam excellentissimæ Reginæ. (5) *Salomonis* Regis Hebræorum *arcana*. Superstitiosa (6) *contradictio* (7) & *testamentum*. (8) *Cabala*, quæ nomen ejus præ se fert, est *Salomonis* cujusdam *Trimosini*, de quatuor

(1) Bartolocc. tom. I. pag. 42. Buxtorf in bibl. p. 316.
(2) Wolf. bibl. Hebræa pag. 108. &. 1046. 1035.
(3) Trithem. in antipal. malefic. libr. I.
(4) Catalog. MSS. Angl. n. 6370.
(5) Cat. MSS. Angl. tom. II. n. 8942.
(6) Lambec. comment. libr. I. pag. 92. Nessel. bibl. Vindob. part. 4. pag. 104.
(7) Sixt. senens. bibl. sacr. libr. II. pag. 131. voc. Salomon.
(8) Leo Allat de Græcor. opination. n. 21. pag. 163. Gaulmin. ad Psell. pag. 13. 21. 25. 106. 131.

tuor Magitis seu spiritibus astralibus. De libris divinatoriis vero *Hydromantia*, *Geomantia*, *somniorum interpretatione & speculo universali*, qui ipsius nomen in fronte ferunt, in *Bibliotheca fatidica* aliquando dicendi erit occasio. De *herbario* ipsius atque de *gemmis* scripto dicam inferius. Eidem tribuitur *ars notoria*, qnam alii *Paulinam* vocant, & ad *Paulum* Apostolum inepte referunt, alii ad *Salomonem*. In hac arte, qua omnium scientiarum apicem per orationes & lustrationes venantur, est liber *Gemeliot Salomonis*, sive artis Dei & triumphales orationes liberalium artium continet, qui citatur ab *Apollonio* in hujus argumenti libello apud *Aprippam* & extitit in musæo *Æliæ Asmohle*, cujus codices Academiæ Oxoniensi legavit. *Apollonii* autem MS. erat apud *Henricum Jones*, (1) Nostrum argumentum proxime spectant *verba medicinalia* ipsius (2) Fuit enim Salomonis liber remediorum cujusvis morbi vestibulo templi incisus. Eum refellit *Ezechias*, quod populus neglecto Deo nec invocato sanationem inde malorum peteret. Hunc astrologorum figuras & telesmata continuisse putat *Maimonides*. (3) *Sigilla* ejus & *imagines cœlestes*, quas *Cæsaris Longini* nomine edidit *Goclenius*: reperiuntur etiam apud *Camillum Leonardum* *Salomonis* librum de *umbris idearum*

(1) Catal. MSS. Angl. n. 8277. tom. II. 7018. & 8451.
(2) Ceddren. in compend. histor.
(3) Wolf. bibl. Hebr. pag. 1049. Svidas voc. Ezech. le Clerc. histoir. de la Medecin. part. I. libr. II. cap. 3. pag. 77.

rum citat *Chicus Esculanus* (1) in quo appellationes, significationes & definitiones axium, polorum, circulorum atque aliarum Astronomicæ. Sphæræ partium, ad Magiam transferuntur. Ejus de *influentia Planetarum* opus(2) & *luna tabula* (3) in MSS. codicibus reperiuntur, nec non liber *pentaculorum* & *aanulorum*, (4) qui Telesticæ artis tradunt mysteria, quæ didicisse a mulierculis *Ægyptiacis* opinantur.

Apud Ægyptios. ÆGYPTIOS enim diximus, hisce rebus diligentissimam adhibuisse curam, quibus cum miscuerint religionem, ita ut maxima ejus pars iis constaret, merito hic locum nanciscitur *liber ceremoniarum*, quem ex antiquis *Ægyptiorum* relationibus cœlitus attulit accipiter, puniceo circumligatum filo; ceremonias omnes continentem (5)

Hermes. Hunc iis notum fecit, seu potius tradidit HERMES ille *trismegistus* sacer *Osyridis* notarius, quem ut Deum veneratur antiquitas: Sed ipsius facta mavult posteros credere quamscire. Quis enim fuerit, hæret in explicata quæstio & *Romanorum* illud obtinet: *Non liquet.* Ipse primus, ut ferunt, communem loquelam articulatim distinxit, literas invenit, Deorum cultus & sacrificia ordi-

(1) Chicus ad Sphær. de Sacrobosc.
(2) Catal. MSS. angl. n. 7611.
(3) Thomasin. in biblioth. Patav. MSS.
(4) Trithem. in antip. malef. Catal. MSS. angl. n. 8260.
(5) Diodor. Sicul.

ordinavit, distributam astrorum seriem vocumque harmonias & naturas princeps observavit, singulaque inventa scripto nepotibus tradidit. Veluti de ipsius XLII. sacris voluminibus egregie disserit *Clemens Alexandrinus*, (1) plura autem & innumera scripta ipsi tribuit *Firmicus*: Mercurius *inquiens* Ægyptius conscripserat viginti millia voluminum, de variis substantiis & principiis & potestatum ordinibus cœlestium: quæ aliæ atque aliæ traditæ fuerant, in quibus Astrologia & Theologia *Ægyptiorum* explicabantur. (2) Eorum partem constat *Hieroglyphicis* notis in obeliscis & columnis fuisse conservatam, ex quibus in sacrariis *Sain* inventis Regi *Ammoni* multa cognitu dignissima exposuit olim *Bytis* Propheta, (3) ut ante eum fecerat *Hermes* secundus, *Agathodæmonis* filius. (4) Successu tamen temporis ejus opiniones mire sunt a discipulis depravatæ, qui eas quomodocunque pro ingenii modulo Græcorum Philosophiæ aptare consueverant, quod fecerunt *Hermæus*, *Didymus*, *Arius* Megapolitanus, *Evanthus* & *Seleucus* Alexandrinus. (5) Id cum probaretur indoctis placeretque celeberrimum nomen, & antiquitatis honos, tandem corripuerunt eum ne-

(1) Clem. libr. V. Stromat.
(2) Diodor. Sic. libr. I. cap. 16. biblioth. Lomeyer de biblioth. Lambec. in prodr. histor. libr. pag. 135. Fabric. in bibl. Græc. tom. I.
(3) Jambilich. de myster. Ægypt. sect. 8. cap. 5. p. 161.
(4) Syncell. chron. pag. 40.
(5) Fabric. bibl. Græc. libr. I. cap. 11. pag. 77.

nebulones, qui tam frivola & vana ipsi suppofuerunt, ut quæ hodierno die ejus nomine inveniuntur scripta, sint nullius pretii, & vix ut legantnr digna. Hujus commatis liber est, qui ei adscribitur *Kyrannidum*, sive *Kiranni Kirannides* opus & re & titulo tenebricosum, de quo celebres sunt doctorum opiniones: Editoris *Rivini*, qui *Kiranni* nomen a *Cyri* Persarum Regis deducit & *Kirannides* esse dictos autumat, quod chartarum aliarum quasi Reginæ sint. Alia, *Barthii* (1) alia quæ obtinet *Thomæ Reinesii* (2) sententia est *Kirannides* nihil aliud notare docentis, quam collectionem & Silvam, qualem in *re medica* dedit *Dioscorides & Oribasius* (3) Medicus tempore *Juliani* Libris IV. absolvitur I. de XXIV. gemmis & herbis agit, deque amuletorum & periaptorum compositione exinde petita. Secundus de XL. animalibus Tertius de avibus XLIV. Quartus de LXXIV. piscibus eorumque viribus medicamentosis. Sed tres tantum autoris cujuscunque sunt. Primus qui *archaicus* vocatur aut *Harpocrationis* aut ex ejus & Kyranni scriptis mixtus est. Liber sane ob *Harpocrationem* commendabilior, quem magni faciunt docti ob Lexicon. X. Rhetorum. Notat quidem *Iacobus Pamelius* hujus scriptoris commentarium extare περὶ φυσικῶν δυνάμεων Romæ in Vaticana, qui titulus nostro libro non male con-

(1) Barth. adversar. libr. XI. cap. 16.
(2) Reinef. var. lection. libr. I. cap. 2. & libr. III. c. 15.
(3) Phol. biblioth. cod. 217.

convenit. Sed negat *Philippus Jacobus Maussacus* in dissertatione critica ad X. Rhetorum Lexicon ubi de *Harpocrationibus* accurate inquirit. Hujus libri MS. Græcum erat in bibliotheca Scorialensi. (1) Aliud MS. in Anglia habebat *Franciscus Bernardus*, & tractatum inde extractum *Hans Sloane*. (2) Habuerunt itidem *Gaulminus* & *Car: du Fresne*. Inter Germanos *Henricus Ellenbergerus*, M.D. *Andrea Rivino* ejus copiam fecit, (3) qui Latine edidit. Versio Græca sub *Constantino Manuele* 1168. facta creditur: Licet eam antiquiorem *Reinesius* velit, quod *Olympiodorus* Theodosiani ævi scriptor, ejus jam meminerit. Latinam versionem curavit quidam *Ra Pa* ut vocatur, quam docti vulgo *Gerardo Cremonensi* tribuunt. Extant etiam in hunc *Rhyakini* in barbarum autorem barbaræ coronides. Hunc librum sæpius optarerat *Reinesius* inspicere, avidissimoque sectabatur studio, sed cum vidert immanem ejus spei fucum esse factum, publice testabatur, nihil continere, nisi aniles fabulas impiasque nugas. Movebat bilem hæc ingenuitas editori, qui sententiam *Reinesii* & totum variarum lectionum opus exulcerato corripiebat animo, cui amplissimam apologiam opposuit adversarius, in qua *Kirannidas* nostros falso perstringit. Feruntur & alia sub *Hermetis* nomine: *Imaginum conficiendarum ratio* per singulas

E gulas

(1) Vide catalog. bibl. MS. ex commun. Cl. Keitzeri.
(2) Catal. MSS. Angliæ tom. II. n. 3650. & 8887.
(3) Barth. l. c.

gulas horas noctis & *quadripartitum* de XV. stellis fixis XV. lapidibus pretiosis totidemque herbis & confectis inde imaginibus, ex quibus imagines magicas, quas edidit, descripsit *Goclenius*. (1) Utrumque ex Latina in Gallicam linguam transtulit *Huetus* Belga bonarum, ut se scribit, artium magister. Aliud MS. de VII. stellis, VII. herbis, VII. characteribus *Norimbergæ* servat Ill. *Georg. Thomasii* bibliotheca. (2) Multi hujusmodi ei tribuuntur.

Imaginum & præstigiarum libri.
De annulis Liber I.
De charactere lib. I.
De Sigillis lib. I.
De Sole lib. I.
De Imaginibus Martis lib. I.
De Imaginibus Saturni lib. I.
De Septem annulis Planetarum.
De confectionibus ad capicrada animalia Sylvestria. (3)

Sed recte his subjicit in continuatione *Gesneri Simlerus* esse alterius cujuscunque Ægyptii, Platonis ut se dicebat discipuli, qui *Hermetis* nomine superbiat ut Graculus Æsopi pavonum plumis. Eidem tribuitur liber *Alchorat*, (4) liber *Secretorum & liber occultus Ange-* li.

(1) Goclen. de unquent. armar.
(2) Mehlführ. ad Almeloven. bibl. latent.
(3) Gesnerus in bibliothec.
(4) Albert. M. de herb. & lapidib. pag. 185. edit. Rivini.

ticus, (1) quem fingunt ante diluvium a tribus angelis compositum, & incipit. *Hic est liber magnus atque secretus.* Continet autem sub 28. mansionibus Lunæ & 12. signis Zodiaci multa conficta & vana nomina angelorum, duodecim altitudinum & quicquid curiositas humana concupiscere possit, audacter more aliorum ribaldorum pollicetur. De *Chymicis* & *fatidicis* ejus scriptis, nec non *Asclepio* & *Pœmandro* disserui alibi.

Possem hic in partes vocare, quæ sub JAMNIS & JAMBRIS nominibus feruntur, pseudepigrapha, (2) a *Gelasio* Pontifice damnata, (3) ut *Phylacteria* omnia quæ non Angelorum sed Dæmonum magis arte conscripta. Possem *Ægyptiorum* Medicos, quos *Alyptes* vocabat *Hadrianus*, (4) citare, qui carminibus & periaptis, medelam populo se afferre propalabant, nisi longa oratione vestram provocarem patientiam. *Jamnes & Jambres.*

Fuere quidem Ægyptii hujusmodi libri ad expellandos & averruncandos Dæmones multi, ut testantur *Lucianus* (5) & *Apulejus*. (6) De opertis adyti *inquit* profert quosdam libros,

E 2

(1) Trithem. in antip. malefic.
(2) Fabric. in cod. pseudepigr. V. T.
(3) Van Dale de Anslea cap. 1. pag. 7.
(4) Vopisc. in saturnin. cap. 7. & 8. cum not. Salmas. & Casaub.
(5) Lucian. in philopseud.
(6) Apulej. libr. II. metamorph.

bros ignotis literis prænotatos partim figuris hujuscemodi animalium concepti sermonis compendiosa verba suggerentes, partim nodosis & in modum rotæ tortuosis capreolatimque condensis apicibus, a curiositate profanorum lectione munita. Et

Serapis & Necepsus. SERAPIS edidit Symbola, (1) quibus Dæmones expellerentur, & docuit, quomodo iidem assumptis brutorum figuris insidientur homines. *Quique Magos docuit mysteria vana NECEPSUS.* (2) Hæc enim mysteria non tam de divinatione Astrologica, quam ei arti annexis, qualia sunt telestica, interpretatur *Marshamus.* (3) Et

Jachen. JACHEN Ægyptius vir Deo charus, & ad multa utilis sub *Senge* Ægyptiorum Rege fuit & *Amuletorum*, & incantationum remedia accurate scripsit. In doloribus curandis summus artifex qui pestem exstinxit & impetum illum igneum mitigavit, qui sub primum ortum caniculæ sentitur. Quamobrem etiam sumptuose sepultus est. Etsi quando publicus morbus grassabatur, ad fanum hujus sacerdotes euntes, sacris rite peractis, ex ejus ara ignem accendentes & pyras per urbem & aeris fœtidi corruptricem illam lucem superantes, hunc morbum igne restinguebant. (4)

Apud

(1) Agripp. occult. philosoph. libri III. cap. 64. p. 403.
(2) Juvennl. Sat. 6.
(3) Marsham in canon. Chronic.
(4) Suidas.

Apud CHALDÆOS & PERSAS inclyti floruerunt *Magi*, quorum Princeps & autor fuit ZOROASTER, ut inter autores convenit. (1) Sed unus hic fuerit, an postea plures, non satis constat. Alii *Babylonium* habent, alii *Bactrianum*, *Pamphilium*, *Proconesium*, *Persa-Medum*, alii *Palæstinum*, imo *Chinensem*, alii, quod mirum videbitur, *Europæum*. Quisquis ille, historia sane ipsius mille fasciolis est involuta & insignibus ornata conjecturis. Vicies centum millia versuum condidisse fertur, quos indicibus voluminum ejus positis explanavit *Hermippus*, is qui de tota arte magica diligentissime scripsit; (2) Quæ omnino hujus fuerunt loci, sive *Theogoniam* Magorum specto, quam esse incantationum efficacissimam observat *Herodotus*, (3) sive *sapientiam Zoroastris*, quam in verbis quibusdam divinis constitisse, quibus morbi & animi & corporis curari possint, putat *Ficinus*. (4) Scripsit *de religione* & *sacris ritibus*, quorsum spectant *Apuleji* verba: (5) Cur mihi non nosce liceat vel *Zamolxis* bona verba vel *Zoroastris* sacerdotia. Ejus mentionem facit *Eusebius*, (6) & Zoroastreos susurros in Sacris commemorat

Apud Chaldaos Zoroaster.

(1) Plin. lib. XXX. cap. I. histor. natur. Justin. lib. I. c. I. Augustin. de C. D. lib. XXI. c. 14. Oros. lib. I. c. 4.
(2) Laert. in proæmio. Plin. l. cit.
(3) Herodot. libr. I. c. 90.
(4) Ficin. in argument. Cratybi & apolog. Platonis.
(5) Apulej. in apolog.
(6) Voss. de Hist. Græc. libr. III. in fin.

Prudentius. (1) Posterioribus quoque temporibus illius librum *Memlecheti Halaad* inscriptum sive regnum Dei religiosissimos Persarum continuo manibus terere solitos *Hamabalzel* (2) testatur. Tribuuntur præterea ipsi *oracula magica*, *Apocalypseos* libri, quibus gloriabantur *Gnostici* & qui *Prodici* hæresin sequebantur.

De natura Libri IV.
De pretiosis lapidibus lib. I.
Prædictionum ex inspectione stellarum libri V. (3)
De Somniis eorumque interpretatione
De Caniculæ ortu, & præcognitione eorum, quæ ex iis contingere possunt.

De quibus in *bibliotheca fatidica* differemus aliquando. Ejus nomen itidem ferunt libri de *re rustica*, quos præter *Plinium* (4) *Constantinus* Imp. in *Geoponicis* citat, & quædam fragmenta illis inserit; sed quomodo antiquissimus ille vates ad *Hesiodi* & *Aristotelis* autoritatem provocare poterit? Nostrum scopum propius tangunt opera *magica*, quæ ei adscribit autor recognitionum *Petri* Apostoli, sub nomine *Clementis* Romani ex translatione *Rufini* latine editi. Volumen *Magicum* & monstrosum, in quo explicantur ritus ma-

(1) Prudent. advers. Judæos.
(2) Gaffarel. curiosit. inaudit. Part. 2. c. 2. p. 58.
(3) Svidas.
(4) Plin. histor. natur. libr. 18. c. 24. p. 475.

magorum & scientiæ citat *Elmacinus* (1) veluti & aliud MS. *de characteribus magicis Zoroastræ* in bibliotheca Florentina S. Mariæ olim extitisse observat *Spachius* (2) Fuit etiam fragmentum Magiæ *Zoroastris* Græce scriptum. (si titulo fidem habere oporteret) olim apud *Cœlium Calcagninum*,(3) quo naturæ vis & majestas plantis & animalibus insita cognosci poterat, cujus rationem afferre non facile est. De *Zoroastre* scripsit olim *Antisthenes*, (quod tamen opus alii *Aristoteli*, alii *Rhodoni* adscripserunt, (4) & legi possunt *Franciscus Patritius*, *Joannes Jessenius*, *Jo. Henric. Ursinus*, *Sneiderus* alliique. *Eduardus Procokius*, (qui vitam ejus ex *Abulfeda* aliisque diligenter collegit, & *Thomas Hyde*, de religione Persarum.

Dum vero *Zoroastris* enarro fata, non animus est discipulorum, quanquam possem, simili modo subjungere, & *Apuscorum* & *Zaratum* Medos, Babyloniumque *Marmaridium*, & Arabem *Hippocum*, Assyrium vero *Zarmocenidam*, quorum nulla extant monumenta, commemorare, aut *Osthanem*, qui primus de ea, ut equidem invenit *Plinius* (5) commentatus est. Et ut *Histaspes*, *Magi celebres.*

(1) Elmac. in histor. Arabic. ap. Hottinger.
(2) Spachius in Nomenclat. philos.
(3) Calcagnin. libr. III. epist. 3.
(4) Suid. Plin. lib. XXX. cap. 1. Laert. in procemio.
(5) Plin. histor. natur. lib. XXX. cap. 1. Fabric. Bibl. Græc. lib. I. cap. 4. p. 25.

Astrampsychos Gobrias & *Pazatas*; aut *Apolonicem Captidenem*, & *Dardanum* e Phœnicia, cujus volumina ex sepulchro ejus petita, illustravit *Democritus* (1) ex ejusque disciplina suos edidit commentarios; aut *Xantum Candaulæ* Lydi filium, qui scripsit Magica, (2) aut *Battiadem* & *Campestrem*, (3) qui plerique pessimis dediti fuerunt artibus; ut post modum *Manes* Persa, cujus libri *Erzenck* figuris Magicis & astrologicis & propheticis impleti pictique in *China* & *Persia* celeberrimi, meminit *Herbelatius* (4) Jungi possunt *Theodori Mopsuestæ* de Persarum Magia Libri III. ex *Photii* Bibliotheca. (5)

Apud Græcos Messeniorum opera sacra. Inter GRÆCOS præcipuum locum meretur fatalis *Messeniorum* urna, sive *operta* quædam *sacra* quæ si abolerentur funditus imposterum omne tempus *Messenem* occasurum: Sin conservata illa fuissent, redivivum olim imperium ex ipsis ruinis erupturum, *Lyci* Pandionis filii vaticiniis prædictum fuerat; Id cum non ignoraret *Aristomenes* noctu clam egressus, in maxime devia ac deserta *Ithomes* parte, sacra ea defodit *Jovi Ithomatæ* & Diis cæteris, quorum ope ad

(1) Ammian. Marc. lib. XXIII. Laert. in procem. Stanley philos. orient. lib. II. cap. 2.
(2) Clemens Strom. lib. III. p. 431. Meurs. ad Hesych. pag. 174.
(3) Tertull. de anim. Turneb. adversar. lib. XXVI. cap. 21.
(4) Herbel. biblioth. orient. p. 317.
(5) Phot. biblioth. cod. 81.

ad eum diem *Messeniorum* res steterat, ratus curæ fore, ut incolume depositum servaretur, neque omnino id in Lacedæmoniorum potestatem veniret; quod jam solum ad posteri temporis spem *Messenici* nominis reliquiæ haberent. Cum vero postmodum Messeniorum res restitueret *Epaminondas* Epiteli *Æschinis* filio, quem *Argivi* delegerant, qui & suis præesset copiis, & *Messenem* restitueret, nocturnum visum denunciavit, ut quo loco in *Ithome* hederam Ciliciam (σμίλακα Græci vocant) & myrtam vidisset, humum inter eas stirpes mediam fodiens, anum æreo clausam thalamo, jam graviter affectam, & prope inter mortuam eximeret. *Epiteles* ubi primum illuxit, ad eum qui circumscriptus fuerat locum veniens, æneam urnulam, effosa terra, offendit, hanc ille ad *Epaminondam* detulit: cui cum somnii imaginem exposuisset sui, jussit ille amoto operculo, quid in ea reconditi esset intueri. Ille sacris operatus, votisque ei Deo nuncupatis, a quo somnium extitisset, vasculum aperuit, in eo volumen repertum ex albo plumbo intenuissimas laminas sparso, libri forma, in quo perscripta erant *magnarum Dearum initia.* Hæc illa fuit hydria, quam eo loco defoderat *Aristomenes.* (1)

Hic initiorum liber & telestica docuit & telesma fuit, quorum autores superius primis ut ajunt, digitis attigi, & jam amplissimus se

 ape-

(1) Pausan. descript. Græc, lib. IV. cap. 130. pag. 235. & cap. 136. p. 247.

aperit dicendi campus. Erat enim in opertis adyti & arcanis sacris horum librorum Græcis festiva copia, de quibus vulgo nec fari licebat, quod per *expiationes* illas & *Lustrationes* suum stare imperium, malaque & morbos averruncari, plerisque persuasum esset. Has ipsis tradidit ORPHEUS, qui carminum modulatione sacrorumque rituum institutis, & divinarum rerum interpretatione magnam apud Græcos gloriam adeptus est. (1) Et quid illum valuisse credis? quem non animalia, sed res inanimavæ, (si vera est fabula) cum vellet, sequebantur. Sane fuit ipse summæ semper autoritatis, & divini aliquid in ipsius *hymnis* quæsitum est, quos *Lycomedæ* sive *Lycodrymidæ* (2) Sacris suis concinebant. Ac licet non deessent, qui quæ sub celebri ejus nomine ferebantur, ipsi adscribere nollent & Orphicum carmen ad *Cercopem*, aut *Theognetum* Thessalum referrent, triasmos ad *Jonem*, oracula & initia ad *Onomacritum*, Soteria ad *Timoclem* Syracusanum, aut *Pergi-nium*, Milesium, crateras ad *Zopyrum*, Sessiones magnæ matris & bacchica ad *Niciam* Eleatem, Descensum ad inferos ad *Herodecum* Perinthium, Peplum & Rete ad *Zopyrum* Heracleotam aut *Brontinum*, (3) & sic de reliquis *De Sacrificiis divinationeque* libris. Etsi conten- [illegible] de-

Orpheus.

(1) Diodor. Sic. lib. l. c. 23. bibl.
(2) Pausan. Græc. lib. IX. cap. 305. pag. 537. cum notis Silburg. p. 1292.
(3) Suidas Heurn. barbar. philos. pag. 237.

deret *Jon* ipsum *Pythagoram* carmini cuidam nomen *Orphei* inscripsisse, (1) & *Epigenes* integrum de scriptis *Orpheo* tributis ederet Commentarium: (2) Illud tamen sibi imponi non patiebantur *Platonici* præsertim se quioris ævi, qui commentariis in ipsius operibus concinnandis, studio & diligentia inter se certabant *Syrianus* scilicet *Proclus*, *Jambilichus*, *Marinus* (3) qui magna contentione antiquo Orpheo Sacra carmina vindicant, quibus suffragatur *Jo. Picus* nimia forsan in his sapientia delirans, ut deliravit *Græcia* in *mysteriis* suis: quæ cum *Orpheus* noster apud *Eleusinios* ad *Isidi* cultus imitationem instituta, *Cereris* dixisset, a *Cerere* se accepisse credi volebant. (4) De hoc ipsiusque sacris singulari Libro disseruit olim *Apollonius Aphrodisiensis*, de scriptis nuper (5) *Fabricius*. (6)

Musæus Eumolpus aliique.

Filium habuit MUSÆUM eodem nomine ob sacra instituta clarum, & nepotem EUMOLPUM, qui *initia Cereris*, & initia filiabus tradita, tribus millibus versuum apud *Athenienses* scripsit, (7) quod MELAMPODEM etiam fecisse, DARDANUM, ÆTIONEM & MIDAM

(1) Laert. in vit. Pythagor.
(2) Fabric. bibl. Græc. lib. I. cap. 9. p. 119.
(3) Marin. in vit. Procli.
(4) Picus in Quæst. Orphic.
(5) Theodor. in libr. Græcan. affectior.
(6) Fabric. l.c. p. 122.
(7) Suidas.

DAM *Phrygem* observat *Clemens Alexandrinus*. (1)

Ab his acceperunt reliquarum gentium Duces & ex *Eleusinia* Messeniis attulit CAUCON *Clini* filius & restaurarunt aliquando LYCUS, & METHAPUS *Atheniensis* initiorum orgionumque & cujusvismodi sacrorum designator; (2) qualis tempore *Solonis* EPIMENIDES *Phæstius* fuit, homo Diis charus, & rerum divinarum peritus, eaque sapientia, quæ afflatum Numinis requirit, & in initiationibus consistit; (3) quem ejus temporis homines filium Nymphæ *Baltes*, & novum *Curetem* vocabant, ob mirificas artes, quibus bellum Persicum per idoneum tempus retardasse credebant. Hic cum multas civitates & *Atheniensium* urbem peste laborantem expiasset & *Theogoniam* & de *sacrificiis* opus, *oracula*, *mysteria*, *carmina lustralia* & *piacularia*, aliaque multa edidisset & verendarum Dearum fanum ædificasset, ut ait *Lobon* Argirus apud *Cretenses* (4) naturæ debitum persolvit.

Pythagoras. *Empedocles.* Hujus æmuli & sectatores fuerunt Philosophi PYTHAGORAS, & EMPEDOCLES, præsertim prior illorum in cujus doctrina plurima sunt Telesticæ artis indicia, quam per tot Sæcula discipuli tanta diligentia conservarunt. Notum

vobis

(1) Clemens in protreptic.
(2) Pausan. Græc. lib. IV. c. 3. p. 202.
(3) Plutarch. in vit. Solon. c. 16.
(4) Laert. in vit. Fabric. bibl. Græc. lib. I. c. 6. p. 37.

vobis æque ac mihi, quid de his in ipsius vita dictum sit, quam innumeri autores summa & assidua cura posteris tradiderint. Sane tanta fuit ipsius sapientiæ fama, ut cum ex oraculi responso, & sapientissimo & fortissimo Græcorum (1) a *Romanis* Statua deberetur, *Pythagoræ & Alcibiadi*, huic fortitudinis, illi sapientiæ nomine id contigerit, etiamsi *Socrates* ab oraculo sapientissimus esset renunciatus. Scripsit de *natura*, de *Diis sacros Sermones*, quorum initium:

O Juvenes tacita colite hæc pia sacra quiete.
De anima præterea, de pietate de herbis magicis, Præcognitiones, Arithmeticam & alia.

Quæ longius nos a scopo ducerent, qui brevitati litamus.

Non ergo commemorabo VOBISamplo sermonis discursu aut MELANTHIUM de *mysteriis*, aut (2) STESIMBROTUM *Thasium*, & NEANTEM *Cizycenum*, (3) aut qui alio nomine ex ultima antiquitate hic citari possent. MEDEÆ tantum carmina adjiciam telestica, quibus ad ventorum aram nocte una quotannis arcanis quibusdam ad quatuor foveas appositis sacerdos placabat ventos. (4) *Et aliis sacrarum interpretes.*

Næ-

(1) Plin. histor. natur. lib. XXXIV. c. 6.
(2) Hofmann. voc. Eleusin. Fabric. bibl. Græc. lib. I. cap. 16. p. 104.
(3) Voss. de Histor. Græc.
(4) Pausan. Græc. lib. II. cap. 55. p. 100.

Nugi vendulis Platonis, Aristotelis, Alexandri aliorumque nominibus.

Næniæ hæc videntur fuisse & agyrtarum nugæ, ut sunt reliqui *Græcorum* hujus argumenti libelli, PLATONIS de *vacca* (1) & *institutionum activarum*, in quibus *Hinnaccius* alias *Isaac* fecit librum aggregationum, qui vocatur *Augnempere*. Hujus farinæ sunt ARISTOTELES liber *spiritualium operum* & liber *Haistamchus* (2) *de Talismanibus*, qui ei qualicunque fide tribuuntur. Opus enim Magicon, quod *Laertius* (3) sub ejus nomine citat de *Zoroastre* tractans & *Magis*, diversi fuit argumenti; cumque & illud Pseudepigraphis annumeret vitæ autor *Anonymus*, alii *Rhodoni* aut *Antistheni* tribuant ut diximus; nullam hic parit verisimilitudinem. Quam omnino perdunt, dum ad ALEXANDRUM M. bellicosissimum Regem provocant, quod *speculum* & librum *de septem herbis septem Planetarum* reliquerit: (4) quasi ipsi tempus & locus fuisset, talium ineptiarum. Sic ALEXANDRI *Aphrodisæi* libros de *arte magica* crepant. Quidni CELSI illius *Lucianei* commentarios (5) de *Magorum artibus*,

(1) Picus lib. I. contra Astrol. Trithem. in antip. malef. cap. 3.

(2) Trithem. in antipal. Stanley philos. orient. p. 121. edit. Cleric.

(3) Laert. in procem. cum not. Menag. Suid. voc. Antisthenes.

(4) Trithem. in antipal. Fabric. bibl. Græc. lib. III. c. 8. pag. 206. Naud. in apolog. c. 6. p. 66. Rivin. in procem. Kyrannid.

(5) Lucian. in pseudomant. p. 546.

bus, aut THESSALI *mysterium* ad *Hermem*, qui dicitur *de duodecim herbis*, *duodecim signis* attributis, nec eon *septem* aliis *herbis* per septem alias stellas scripsisse.

De impietate in Salvatorem nostrum.

Quanta vero impudentia clarissimis hisce nominibus abutuntur, tanta impietate scoriæ & dehonestamenta generis humani, dulcissimum SALVATOREM in partes vocant, cujus libros aliquot ad *Petrum & Paulum* olim ferebant, in quibus scripta erant summa totius *artis Magicæ*, ex cujus peritia *Christus*, dum viveret, tot tantaque miracula edidisset, quorum insaniam *Augustinus* (1) quatuor argumentis breviter, sed argute refellit.

I. Quod hi, qui tales se legisse libros affirmant, nunquam talia miracula, quamvis anxie conati, facere potuerint, qualia *Christum* de libris talibus fecisse dicunt.

II. Quod isti divino judicio sic errent, ut eosdem libros asserant ad *Petrum & Paulum* tanquam epistolari titulo prænotatos; forte in talem errorem prolapsi, quod pluribus in locis simul eos cum Christo depictos viderint; cum tamen etiam pueris notum sit, *Paulum*, quam diu *Christus* in carne mortali vixit, neque Christi fuisse discipulum, neque familiarem, non igitur potuit libros, quos ante mortem

(1) Augustin. de consens. Evangelist. lib. I. c. 8. Hieron. ad Ezech. XIII. Fabric. in Cod. pseudep. N T. Sixtus Senens. in bibl. Sanct. lib. II. p. 84. Naud. in apolog. c. 2. p. 21.

tem eum ſcripſiſſe dicunt ad *Paulum* tanquam familiariſſimum ſcribere, qui poſt aſcenſionem Domini cœpit tunc primum ejus eſſe diſcipulus.

III. Quod qui putant *Chriſtum* magicis artibus tanta potuiſſe, & univerſum terrarum orbem in ſe unum convertiſſe, non animadvertunt, per magicas artes nequaquam fieri potuiſſe, ut *Chriſtus*, antequam naſceretur, tot Prophetas divino ſpiritu impleret, qui talia eum facturum prænunciarent, qualia in orbe terrarum præſentia nunc videmus. Nam etſi magicis artibus feciſſet, ut coleretur etiam mortuus: magus tamen eſſe non poterat antequam natus.

IV. Quia ſtulte credunt *Chriſtum* compoſuisſe libros, qui nihil unquam ſcripſerit; ſed tantum aliis de ſe ſcribenda reliquerit, ita exigente ipſius doctrinæ præſtantiſſima ſublimitate, quam non decebat atramento delebili in caducis chartarum ſoliis vel in tabulis ſenſu carentibus ſcribi; Sed in vivis & ſempiternis diſcipulorum ſuorum mentibus, ſtylo divini ſpiritus perpetuo duraturis inſculpi. Unde etiam apud Ethnicos nobiliſſimi Philoſophi *Pythagoras* & *Socrates* nihil literarum monumentis mandarunt, exiſtimantes, inveniſſe ſe perfectiſſimum docendi modum, ſi præcepta bene beateque vivendi non in paginis ſcripta, ſed in animis auditorum ſuorum impreſſa relinquerent.

Mit-

Mittamus impias nugas & illos *De magicis* improbatæ lectionis libros, quos *figmentis* protinus corrumpendos esse statuit *post N. C.* *Ulpianus* (1) Neque de ZABULO, BARNABA *Cyprio* aut SIMONE *Mago* sermo sit, cujus libros commemorat *Dionysius*. (2) Neque de EPHESIORUM libris, quos cum sacris *Christi* initiarentur, flammis ultricibus aboleverunt, (3) odio scilicet vanæ curiositatis, quam sectati fuerant, quæ uberius *Joannes Quistorpius*, (4) & M. *Andreas Siberus* (5) Academico more exposuerunt. Neque de HERMOGENE, qui *Jacobo* Apostolo magnum librorum *magicorum* acervum ad comburendum tradidit, (6) ut & illi Christiani faciunt, apud *Athanasium*. (7) Æternis sepulti jacebant in tenebris, cum illis lucifugarum quisquiliis, quæ S. CYPRIANO Carthaginensium Episcopo (8) JOANNI VII. HONORIO & LEONI Ecclesiæ Romanæ Præsulibus, (9) aut ALPHONSO Regi *Hispaniæ*,

F dum

(1) Ulpian. lib. IV. §.1. ff. Famil. erciscund.
(2) Dionys. de nomin. divin. c. 6. Trithem. in antipal. Possevin. in appar. sacr. Gesner. in pandect. p. 103. Van Dale singul. dissertatione.
(3) Act. XVIII. v. 19.
(4) Quist. Rostoch. 1664. in 4.
(5) Siber. de ἐξεμπτ'α Witteb. 1685. in 4.
(6) Abdias lib. IV. Actor. Apostolor.
(7) Athanas. de verb. human.
(8) Trithem. in antip. malef. c. 3. MS. ap. Dygb. fide catal. MSS. Angl.
(9) Balæus cent. 13. p. 122. Script. Angl. Gesner. in pandect. lib. X. tit. 6. p. 105.

dum favet Astrologiæ, a maleferiatis tribuuntur.

Medici & Philosophi. Potius ad *Philosophos & Medicos* divertamur, quorum historia, si non ob fidem, ob doctrinam sane & usum nostræ magis convenit diligentiæ, ex quibus prodit L. JUN. MODERATUS COLUMELLA *Gaditanus*, qui præter libros *de Re Rustica* alium quendam *adversus astrologos* composuerat, una cum opere, in quo de *Lustrationum*, cæterorumque *Sacrificiorum* ritibus, qui pro frugibus apud antiquos fiebant, & ad nos non pervenerunt, agere constituerat. (1)

Columella.

Galenus. Huic proxime subsequitur GALENUS *Pergamensis* Medicorum columen & insigne decus, qui doctissimis operibus per tot Sæculorum decursum autoritatem & fidem olim partam defendit atque tuetur. In quibus quidem nihil apparet, quod nobis dicendi materiam præbeat. *Alexander Trallianus* (2) tamen testatur, curæ morborum characteristicæ fidem adhibuisse, cum Librum *de Medico Homeri*, id est versibus Homericis, pro remedio adhibendis componeret. Sed aut nugivendulornm inventum est, aut mera invidia, qua incensi medici Romani, cum imitari non possent, magum dixerunt. (3) Nec alicujus

(1) Columell. de R. Rust. lib. II. c. 1. & lib. II. c. ultim.
(2) Trall. lib. IX. cap. 4. Marchael. ad Gaffar. n. 36. pag. 288.
(3) Galen. de rect. curand. per Sangv. mission. c. 17.

cujus pretii libellus *de incantatione, adjuratione & suspensione* a quibusdam ei adscriptus, qui in operibus *Constantini* Monachi Cassinensis & *Arnoldi Villanovani* rectius ad *Costam Ben Lucam* refertur. Imo nesciunt, quid agant, dum librum de medendis morbis, usu cabalæ & magiæ naturalis *Saracenicum*, ac si *de febribus* scripsisset, ipsi tribuunt, quod tamen fieri videmus. (1)

Transeo ad APOLLONIUM Thyanæum, quem in Telesmatibus construendis plurimum valuisse, supra ostendimus. Virum & *Eusebio* in eo scripto, quo *Hieroclem* confutat, qui impie dulcissimo Salvatori conferre ausus fuerat, nec illaudatum, dum nominis infamiam, non tam suis factis, quam ex nimio suorum studio ortam observat, qui divinis eum coluerunt honoribus. Ipsum *Alexander Severus* in larario habuit, (2) ipsi monumentum heroicum struxit *Antoninus Caracalla* (3) & in multis templis ipsius fulgebant imagines ob edita miracula spectabiles. Nec quisquam facile plures nactus est præcones, qui vitæ fabulam studiose & copiose tradiderunt: *Apollonius Thyanæus.*

F 2 Phi-

(1) Hottinger. in bibl. oriental.
(2) Lamprid. in vit. Alex. c. 29. p. 930.
(3) Dio lib. LXXVII. cap. 889. Lactant. lib. V. de Justitia pag. 241.

Scribunt hac patria & Chronicorum quædam multitudo
Philostratus & Maximus, *simul &* Mocragenes
Et turba alia plurima, quos non valeo dicere. (1)

In his sunt *Damis* itinerum comes & *Soterichus* Asites Poeta, qui vitam sub Diocletiano scripsit (2) *Plutarchus*, si vera narrat Savaro: (3) *Nicomachus & Fascius Victorianus*, si ultra emendationes suas aliquid addiderunt, (4) & *Sidonius Apollinaris.* (5) Eandem tentabat *Flavius Vopiscus* (6) & nostra ætate critica lima politam dederunt *Prideaux*, (7) *Tillemont*, (8) *Petrus Bayle* (9) & *Elias du pin* (10) [suppresso nomine] Galliæ eruditæ Proceres. Varia ipsi tribuuntur scripta *Testamentum*, *Epistolæ de Diis & moribus de legibus* Pythagoræa dogmata, & apologiam ad *Domitianum* Cæsarem & alia. Nostri argumenti fuerunt *Initia* sive *de sacrificiis* liber, ex quo de arcanis Oraculorum disserit *Eusebius*, (11) & *Oracula*, quæ contine-

(1) Tzetz. Chiliad. 3. histor. 60.
(2) Jons. in histor. philosoph. Suidas.
(3) Savato ad Sidon. Apollin.
(4) Fabric. bibl. Græc. lib. 4. part. 2. c. 24.
(5) Sidon. lib. IIX. epist. 3.
(6) Vopisc. 12. Aurel. c. 24.
(7) Anglice.
(8) Tillem. in histoir. de Empereurs.
(9) Bayle diction. historiqv.
(10) Singul. Dissert. Paris 1707. in 12.
(11) Euseb. præpar. Evangel. lib. IV. c. 12.

nebant invocationes Dæmonum beneficorum, ad bonum aliquid efficiendum (1) Quæ tamen opera jam dudum interciderunt, & *Rosea crucis fratres*, (2) se quædam hujusmodi edituros, frustraneo conatu, mirabilium buccinatores, in se ceceperunt.

APOLLONII vitam doctrinam & instituta, non diu post, tam in laude quam vitio, æmulatus est uterque. *Julianus uterque.*

JULIANUS Pater & filius Philosophiæ laude non in celebres. Ergo & nostram ingrediuntur scenem, quippe quorum alter cognomento *Chaldæus*, scripsit de *Dæmonibus* libros 4. qui sunt ad custodiam cujusque hominis membri, qualia feruntur telesurgica esse initia, & Chaldaica sacra. *Julianus* Theurgus, superioris filius, fuit sub Marco *Antonino* Imp. & scripsit versibus *Oracula*, *Theurgica*, *initiatoria*, & alia hujus disciplinæ arcana, ut inter alios ex *Sozomeno* (3) patet. Hunc tradunt quidam *Romanis* aliquando siti laborantibus effecisse, ut subito cogerentur nubes & imbrem ingentem effunderent, cum tonitruis fulguribusque crebris, quod alii *Arnuphi* Ægyptio tribuunt, (4) Christiani suorum precibus, Poëta ipsi Imperatori:

(3) Suidas voc. Goeteia.
(4) Zrene9 Agnostus in Olyp. ventat.
(1) Sozomen. histor. eccles. lib. I. c. 7.
(2) Suidas voc. Julianut & Porphyrius. Dio Cassius aliisque Euseb. lib. I. Chron. p. 241. Voss. de bibl. Græc. p. 236.

Chaldaea Mago seu carmina ritu
Armavere Deos: seu quod reor omne tonantis
Obsequium Marci *mores potuere mereri.*

Juliani Chaldæi historiam libris 4. (1) consignavit olim *Porphyrius.* (2)

S Jul. Africanus. His proximus SEXTUS JULIUS AFRICANUS, qui præter opera Chronologica passim a Scriptoribus commendata *Cestorum* libros IX. de rebus *Medicis*, *Physicis*, *Rusticis*, *Chymicis* Alexandro Imperatori obtulit, ast libros XXIV. fuisse observat *Suidas*; qui continere Physica quædam scribit e sermonibus & incantamentis, & scriptis quibusdam characteribus constantia remedia & ad alios effectus quæ pollicentur. (3) Hodienum extat *Cestorum Enneabiblon* de variis arcanis Physicis medicis & magicis in bibliotheca *Cæsarea* aliisque, sed mutile, & habet, nisi me memoria fallit, cum notis *Zachariæ Lundii* MS. inter rariores libros *Wolfius* Consiliarius & Archiater Regis Daniæ, vir elegantissime doctus. Prodiit etiam, sed admodum corrupte Parisiis, quamvis debitam adhiberet curam Cl. Jo. *Boivinus*, ob MSS. defectus. Ex hoc Cestorum libris opus *admirabilium lectionum medico-physicarum* transcripsit MICH. PSELLUS, non ignotus Philosophus, ex quo quædam hujus commatis refert *Lambecius.*

Ipsi

(1) Claudian. Consul. 6. Honor. v. 347.
(2) Holsten. in vit. Porphyri c. 10.
(3) Fabric. bibl. Græc. lib. 3. c. 24. p. 593.

Ipſi a latere hæret Qu. SAMMONICUS SERENUS, vir & in vita & poſt obitum Principibus Reipubl. Romanæ non ignotus, ut & filius ejusdem nominis, qui *Gordiano* Juniori, præcepta vitæ morumque tradidit (1) ipſum in libris olim ſuis multa, quæ hujus loci erant, tradidiſſe, *Macrobius* (2) autor eſt; dum ex libro V. *rerum reconditarum* utrumque carmen affert, quo Dii evocabantur, & devotæ civitatis fieri ſolebant. Hodiernum extat carmen ipſius Heroicum, *de medicina parvo pretio parabili*, qua hominum debilitati opem ferre annititur cui quædam ſuperſtitioſa pro Sæculi genio ſunt intermixta, ut ABRACADABRA illud famigeratiſſimum hemitritæo depellendo inſerviens, quod ſingulari diatribe *Georgius Francus a Franckenan* vir doctiſſimus excuſſit. Carminum *Sammonici* præſtantiſſimam editionem curavit *Robert. Keuchenius* Amſtelod. 1669. in 8. & indicem reliquarum addidit. *Sammonicus Serenus.*

Hujusmodi multa leguntur apud ALEXANDRUM Trallianum, qui non multo poſterior fuit *Iuliano* Cæſari, (3) & THEODORUM PRISCIANUM, qui ſub *Gratiano* & *Valentiniano* floruit, & *Euporiſticen* ſive Medicinæ præſentaneæ facileque parabilis libros ad *Timotheum* fratrem ſcripſit, (4) *Aliique.*

F 4 quo-

(1) Spartian. in vit. Caracall. & Getæ c. 5.
(2) Macrob. Saturnal. libr. III. c. 9.
(3) Voſſ. de Hiſtor. Græc. p. 801.
(4) Fabric. in bibl. Latin. p. 304. ejusque Suppl. p. 243.

quorum IVtus ad *Eusebium* filium Experimentorum est de physica scientia sive ut alii reddunt de *occultis Physicis remediis*, (1) quem nescio quare cum reliquos Basil. 1523. in 4. ederet, omisit *Sigism. Gelenius*. Eundem sub falso *Qu. Octavii Horatiani* nomine vulgavit *Hermannus* Comes *de Nevenare* Argent. 1532. ita castigatus a *Reinesio* (2) & *Fabricio*, qui de morbis magica carminum vi oppugnatis *Ianum Brockhusium* differere monet. (3)

Jambilichus. Agmen hujus scenæ claudat JAMBILICHUS, Philosophorum suæ ætatis antesignanus, qui non solum opere de *mysteriis Ægyptiorum* sacra thelesurgica apertius quam, ante eum quisquam tradidit, sed & *de simulacris*, scilicet illis, quibus divinitatem tribuebant, scripsit, quo Pium Jo. PHILIPPONI Grammatici & Philosophi *Alexandrini* zelum tanto ardore incendit, ut in eum integro commentario inveheretur, cujus argumentum servavit clariss. ille librorum compilator *Photius*, (4) legi (inquiens) *Ioannis* cognomento *Philoponi* librum adversus *Iamblichi* opus, quod de *simulacris* inscripsit. Scopus autem *Iamblicho* propositus est ostendere, cum divina esse idola, (nam ista etiam simulacri nomine complectitur,) tum præsen-

(1) Heurn. de Stud. med. & method. medic. lib. III. c. 28. p. 491.
(2) Reines. var. lection. lib. III. c. 2. p. 643.
(3) Brochuysen ad Tibull. p. 99.
(4) Phot. bibl. cod. 215.

ſentia numinis referta: non ſolum quæ hominum manibus, occulta quadam arte fabricata, ob incognitum nimirum artificem cœlo delapſa nominentur,(hæc enim & cœleſtis eſſe naturæ, & inde in terram decidiſſe, unde etiam ſint merita nomen accipere,) verum etiam quæcunque fundendi arte & ſculpendi atque fabili certa ſimul mercede & opera (ab artificibus) confirmata eſſent. Horum igitur omnium opera naturam excedere & hominum opinione majora eſſe, Jambilichus ſcribit multa partim incredibilia e fabulis narrando, partim in obſcuras cauſas referendo, partim etiam contra atque oculis cernuntur, ſcribere nihil metuendo. Opus integrum duas in partes ſecat, majoremque alteram, alteram minorem nominat, utramque *Philoponus* oppugnat, conſueto orationis genere uſus, quin & compoſitionem ad ſolitam ſibi formam adaptans. A puro enim & dilucido non recedit neque tamen elegantia & Attica Phraſi exornatus nitet. Rationum præterea *Iamblichi* reprehenſiones ſane generoſas, & per ipſus quoque penetrantes cauſas frequenter tibi exhibet; quas interdum ſuperficie tenus tantum refellentes, & ad ſola nomina relatas longiusque a re controverſa recedentes adfert, etiam cum hæc redarguenti valde eſt obnoxia, & per ſe imbecillitatem ſuam prodit.

CAP. III.

DE OBSCURIS & INCERTÆ ÆTATIS SCRIPTORIBUS.

Argumentum.

Principio quidem ex insigni Alberti Magni *loco, complures indicantur autores, quibus reliqui secundum ordinem literarum subjiciuntur:*

AbenHali.
Aben Morgum.
Aben Pharasus.
Abou Rehan.
Albubekar.
Alphidius.
Alrazi.
Al Tamini.
Anonymi.
Apollo.
Artesius.
Astason.
Balemis.
Behencasin.
Belenus.
Bexel.
Bockenham.
Caissouni.
Caudas.
Cethel.
Chael.
Cleopatra.
Costaber Lucas.
Geber.
Hamahalzel.
Macrizius.
Mahmoud.
Messaallæ.
Mohammed.
Namion.
Nesbar.
Picatrix.
Ptolomæus.
Rhagael.
Sekaki.
Sirami.
Thebit ben chorat.
Thetet.
Thooz.
Thomaz.
Zain Abudad.
Zeherit.

Sub-

Subobscurum jam ingredior antrum, & parum abest, quin in ipso limine hæream, dum tanta superstitionum colluvie obrui video veritatem, quam & alias in puteo latere dicebat *Democritus*. Obscura autorum nomina, quæ recensenda veniunt horrisoni quid crepant, nec deerunt, scio, qui dum eos æternis tenebris damnant, me in minimis occupatum & superstitiose diligentem clamitent. Sed venia eorum præmaturum hoc, dum prævideo non expavesco judicium. Non superstitiosus sum, sed eam impugno, cujus cadaverosam faciem denudo. Ignorantia mater admirationis, admiratio parit pretium, quod omnino cessat, dum in apricum productæ velescunt næniæ. Aliquid dandum curiositati, aliquid autoritati summorum virorum, qui ante me hæc prodiderunt TRITHEMII scilicet & autoris libelli *de duabus sapientiis*, sive ALBERTUS *Magnus* (1) sit sive PHILIPPUS *Cancellarius* Parisiensis, (2) sive ROGERUS BACO ut putat *Naudæus*, (3) qui de talis, manibus sequentem in modum verba facit.

Alberti Magni recensio autorum.

Imagines Astronomicæ fiunt *tribus* modis; Unus modus abominabilis est, qui *suffumigationem* exigit;

(1) Sub ejus nomine prodiit sine Anno fol.
(2) Catal. MSS. Angl. & Hybern. n. 1682.
(3) Naud. dans l'apolog. cap. 18. pag. 380. legitur etiam sed mutile ap. Wimpinam de fato libr. 2. cap. 41.

git; quales sunt imagines THOR *Græci* & GERMOTH *Babylonensis*, qui habent stationem ad cultum veneris. Quales sunt imagines Babylonensis & HERMETIS quæ exorcissantur per 54. uomina Angelorum, qui subservire dicuntur imaginibus Lunæ & circulo ejus & forte potius sunt nomina Dæmonum, & sculpantur in eis septem nomina recto ordine pro re bona & ordine transverso pro re cujus expulsio exspectatur. Suffumigatur etiam pro re bona cum ligno *Aloes Croco* & *Balsamo*, & pro re mala *Galbano*, *Sandalo* rubeo & resina, per quæ profecto Spiritus non coguntur, sed cum Dominus permittit peccatis nostris exigentibus, ut decipiant homines, exhibent se coacti. Hæc est idololatria pessima, quæ ut reddat se aliquibus fide dignan, observat 28. mansiones Lunæ & horas diei & noctis cum quibusdam nominibus horarum & dierum & mansionum ipsarum. A nobis longe sit iste modus, absit ut Creaturæ exhibeamus honorem Creatori.

Est & alius modus aliquantulum minus incommodus, detestabilis tamen, qui fit per *inscriptionem characterum* & *nominum ignotorum*, ut sunt quatuor anguli Salomonis & novem candaria & tres figuræ spirituum, qui dicuntur principes in quatuor plagis mundi, & ALMENDEL SALOMONIS, & sigillum ad dæmoniæcos. Amplius septem nomina ex libro MACHMET & alia XIV. ex eodem, & rursus nomina ex libro *institutionum*, quæ dicitur

RA-

RASICTIS videlicet terræ, maris, aeris & ignis ventorum & mundi cardinum signorum quoque ut Planetarum & angulorum eorum, secundum quæ singula in diei & noctis triplicitatibus diversa nomina sortiuntur. Hic etiam modus a nobis longe sit: suspectus est enim ne saltem sub ignotæ linguæ nominibus aliquid lateat, quod sit contra fidei Catholicæ honestatem. Isti duo sunt modi imaginum Necromanticarum, qui nobilissimæ Astronomiæ, sicut dixi, nomen sibi usurpare præsumunt. Et ex eis jam diu est, quod libros multos inspexi, scilicet dum eos abhorrui, non exstat mihi perfecta memoria super eorum numero titulis, initiis aut continentiis sive autoribus eorundem Spiritus enim meus nunquam requiescebat in eis; veruntamen valebunt, transeundo vidisse, ut saltem non ignorem, qualiter esset miseris eorum secutoribus irridendum, & haberem de suo quo repellerem excusationes eorum, & quod potissimum est, ut super consimilibus de cætero non tentarer, ac persuasiones suas invalidas non admittens, censerem.

Et libros quidem tales, quos possum ad memoriam revocare, sunt. Ex libris Hermetis libri *præstigiorum*, qui sic incipit. *Qui Geometriæ & Philosophiæ peritus, expers Astronomiæ fuerit*, & liber, qui incipit. *Probari tres libros.* Cui adjungitur liber Abolomiten de opere horarum, qui sic incipit: *Dixit Abolomiten, qui & Apollo dicitur, imago prima.* Et liber ejusdem de

de *quatuor imaginibus* ab his ſeparatis, qui ſic incipit: *Differentia in qua fuerit.* Ex libris quoque Hermetis eſt liber *imaginum Mercurii*, in quo ſunt multi tractatus, unus *de imaginibus* Mercurii, alius *de Sigillis*, quorum inceptionem non recolo, niſi de ſigillis, qui ſic incipit. *Dixit expoſitor hujus libri oportet quærentem ſubſtantiam hanc*: Poſt illos eſt liber *Veneris* habens ſimiliter plures tractatus de imaginibus & characteribus, de annulis, qui eſt talis mentio X. capitulorum & annulorum Veneris. Et hos ſequitur liber *Solis*, qui ſic incipit: *Luſtrari imaginum ſcientias.* De iſto non vidi, niſi ſimplicem tractatum de characteribus, fortaſſis ſunt in ſuperioribus. Sunt alii, ſed non translati. Trium etiam ſuperiorum non vidi, niſi ſimplices tractatus librorum ſcilicet imaginum *Martis*, qui ſic incipit: *Hic eſt liber Martis, quem tractat.* Et librum *Jovis*, qui ſic incipit. *Hic eſt liber* ſacerdotis, *quem tractat.* *Saturni* qui ſic incipit: *Hic eſt liber Saturni quem tractat Hermes.* Hos ſeptem libros, ſequitur quidem liber, qui incipit: *Tractatus octavus in magiſterio imaginum.* Et ipſi ſunt de his quos referunt ad *Hermetem.* Eſt etiam unus liber de *ſeptem annulis* ſeptem planetarum qui ſic incipit: *Diviſio Lunæ cum ſemiplena fuerit &c.* ex libris. THOR. Græci eſt liber de *ſtationibus ad cultum veneris*, qui ſic incipit, obſerva Venerem cum intrabit Taurum. Et ex libris SALOMONIS eſt liber de *quatuor annulis*, quem intitulavit nominibus quatuor diſcipulorum:

qui

qui incipit: *de arte Eutonica ydoyca*, & liber de *novem candaris* qui sic incipit: *Locus qui movet ut dicamus*. Et liber de *tribus figuris Spirituum*, qui incipit: *sunt de cœlestibus*. Et liber de figura abvendria qui incipit: *Capitulum in figura Almendrial*. Et aliis parvus *de sigillis ad Dæmoniacos*, qui incipit: *Capitulum Sigilli Gandal & turchill*; Et ex libris MAHUMED est liber *septem nominum*, qui incipit: *Dixit Mahumed filius Alhozeen*. Et liber *XV. nominum*, qui sic incipit: *Hæc sunt quindecam nomina*. Et unus liber magnus Rasiclis, qui dicitur liber *institutionis*, qui incipit: *In prima hujus proœmii parte de annulis tractemus*. Est & aliis de capite *Saturni*, qui incipit: *Quicunque hoc secretissimam*; cujus autorem ignoro. Cum his libris inveniuntur scripti duo ex libris HERMETIS, quos non putavi Necromanticos, sed potius naturales, quorum unus est de quibusdam Medicinis in conjunctionibus Planetarum, qui sic incipit. *Cum Saturnus conjungitur Jovi*. Alius demum *confectionibus ad capiendum animalia sylvestria*, ut lupes, aves &c. Et ipse est liber *Hermetis* ad *Aristotelem* qui sic incipit. *Aristoteles Alexandro Regi: si vis recipere*. Hic est, quem quidam nominant mortem animæ. Est quoque liber KIRANNIDORUM de rota KYRAMIDÆ, & canones secundum GALLIONEM, ex dictis Humani filii *Isaac*, quem & tacere volui, propter quædam fœda capitula, non solum adversus Legem sed adversus naturam. Liber ARCGEPII cum commento suo liber AL-

 MA-

MATHAIM, & liber ſacratus, quem potius execrabilem debuerat nominare. Iſti ſunt libri quos modo ad memoriam revoco, licet plures viderim, ex libris de ſcilicet de imaginibus, quos dixi fieri cum ſuffumigationibus & exorciſſationibus, qui ſunt modi imaginum duo necromanticorum ut dixi.

Tertius modus imaginum aſtronomicarum, quæ deminat iſtas ſpurcitias, ſuffumigationes & invocationes, nec exorciſſationes & characterum inſcriptiones admittit, ſed virtutem ſolum nanciſcitur a figura cœli, ut ſi fuerit imago deſtructionis alicujus ſpeciei ab aliquo ſi fuerimus requiſiti, accepta primo interrogatione, cum numero certiſſimo, nihil cadit exigium & plurimum figuras ſignificaverint obſciſſionum fundatur imago ſub aſcendenti, ſimiliter illius ſpeciei aut ſub aſcendente interrogationis ejusdem infortunato aſcendente, & Domino ejus a Domino domus mortis, ſcilicet a Planeta inforturato, quoque Domino domus, donum domus aſcendentis & luna & Domino domus Lunæ & parte fortunæ & Domino ejus & Domino horæ remotisque fortunis ab ipſis & ejus angulis a triplicitatibus aſcendentis, & ſit luna in aſcendente facie & ſigno. Poſtquam ergo perfecta fuerit imago, cum quibusdam aliis conditionibus, quæ obſervandæ ſunt, ſepelienda eſt in medio loco, a quo fuganda eſt ipſa Species, poſita in ventre imaginis de terra, ex quatuor quantitatibus ejusdem loci, Si vero fuerit imago cujus opera

ra quæritur dilectio & profectus fiet, & e contrario horum, quæ dixi solum additio, quod forma ejus sculpenda est sub hora electa & habebit effectum a jussu Dei a virtute cœlesti eo, quod imagines, quæ inveniuntur in hoc mundo sensibili ex quatuor elementis obediunt imaginibus cœlestibus, quarum quædam sunt proprietates inventæ nomine & facto, quædam mirabiles, quæ longe sunt a nobis surguntque in restrictione liberi arbitrii cum profunditate intellectus. Super istis imaginibus invenitur unus liber THEBIT filii *Choræ*, qui sic incipit: *Dixit Thebit Ben Chorat, dixit Aristoteles, qui Philosophorum X.* In quo sunt imagines super fortunam & impedimenta super substantiam & negotiationem super principatum & prælationem, super conjunctiones atque separationes. Et istæ sunt *imagines Astronomiæ*, quarum nomine se insigniunt necromanticæ ante dictæ. Est & alius liber, qui sic incipit: *Opus imaginum PTOLOMÆI*, qui sicut inutilis est, cum nihil sit ibi, nisi sub quo ascendente imagines sint singulæ faciendæ. Quodsi tacitæ conditiones sunt, (adsunt) negromanticæ intolerabiles sunt, sicut & cæteri maledicti, quas nullus sanæ mentis excusare potest.

Hactenus illust. autor, cui reliquos scriptores secundum ordinem literarum subjicere liceat, inter quos *Abenhali*, sive potius ALBOHAZEN HALI, *Aben Ragel* celebri astrologo tribuitur *mirabi-* *Abenhali.*

lium imaginum liber, qui tamen in operibus ejus non extat. *Aben MORGUM Araben*, & ABEN PHARAJUM *Maroccianum* de sigillis VII. Planetarum citat *Kircherus* (1) ABOU RIHAN, sive *AbuRihan Ahmed al Biruni* magni nominis esse apud Arabes in arte talismanica, Astrologia, & Magia observavit *Herbelotius*, (2) quod ejus MS. de astrologicis rationibus uberius probabat in bibliotheca Cl. *Jo. Seldeni*. (3) In cœnobio Laurentii Escurialensi circa Annum 1583. servabatur ABUBEKAR ELFERICI de medendis morbis a vertice capitis, usque ad plantam pedis tribus curationis modis. *Naturali* curatione, quæ fit qualitatibus manifestis, & *proprietate*, quæ fit per specificas & proprietarias qualitates, & *Magica*, quæ fit sigillis & characteribus, quam Arabes *Sirvet Ilhocuf*, id est secretum characterum Arabicorum appellant. ALPHIDII de sigillis meminit *Borellus*; (4) ALRAGI *Picatrix* in secundo de magicis institutionibus, qui sic incipit: *Dixit Alrazus, scientia imaginum.* Eidem tribuitur aliud quoddam opusculum *de formis Planetarum* atque *sigillis* cujus initium forma Saturni.

Aben Morgum. *Aben Pharajus.* *Abou Rihan.* *Abubekar.* *Alphidius.* *Alrazi.*

(1) Kircher in Oedip. Ægypt. tom. II. pag 71. & de Cabala. saracen. tom. II. part. 1. cap. 9.

(2) Herbel. in bibl. orient.

(3) Catal. MSS. Angl. n. 2144.

(4) Borell. bibl. Chimic. pag. 12.

ni. (1) Præterea *de arte Magica* librum Magnum composuit, scilicet ut purgaret cerebrum nugis ventosis prægnans, quale fuit AL TAMINI cujusdam, qui utilitates suratarum *Alcoruni* pro amuletis exposuit. (2) Scripserunt & sub APOLLINIS nomine chartulas quasdam Agyrtæ, sed quandoquidem Deus ille Ethnicorum esse non poterat, *Belenum* vocarunt, qui idem est, & subjecerunt nomen *Balæmis*, quo grandius sonaret, & stupefaceret sciolos, ut mox videbimus. Majoris utique nominis ARTEFIUS, (3) Sed quis ille? Astrologi amplectuntur, Chymici venerantur, philosophiæ occultæ Studiosi colunt incertæ ætatis Doctorem, quem alii *Apollonium Thyanæum* volunt, alii *Arabem*, alii *Judæum* Nestore & Methusala vivaciorem. Sœculo XIII. ejus meminit *Rogerus Baco*, postea complures alii, nec detrectavit clariss. *Naudæus* in Apologia virorum Magiæ insimulatorum ipsi locum concedere. Alii fictum nomen existimant & nunquam fuisse. Ipsius tamen Magiæ & *Mihinii* cujusdam summæ capita studiose recenset *Hieronymus Cardanus*, (4) ex quibus apparet in illis de virtutibus verborum atque characterum, & quæ sunt alia hujus artis mysteria copiose disse-

Al Tamini.

Apollo.

Artefius.

(1) Trithem. in antipal. malefic. libr. I. cap. 3.
(2) Catal. MSS. Angl. & Hibern n. 3299.
(3) Agripp. de occult. philos. libr. III. cap. 11.
(4) Card. de rerum variet. c. 91.

Astafon. disseruisse uti & ASTAFON fecit *de mineralibus constellatis*, (1) de quo non habeo, quod multis verbis commemorem.

Anonymi. Neque hoc librorum satis est: Pene excidissent ANONYMI; quam amplus quæso eorum est numerus? Quorum ægmen ducit liber ille magicus, quem Imperator Sinensium *Chin* cœlitus allatum credidit, cum ex nobiliore porta noctu quidam suspendissent. (2) Hujusmodi libros servabant complures *Sabæi*, inter quos librum de *agricultura* Nabathæorum, translatum ab *Aben Vachaschyah* commemorant scriptores, plenum Idololatricis nugis, agebutque de conficiendis *Tsilmenajah de descensu Spirituum, conjuratione Dæmonum*, de iis, qui degunt in deserto, quales erant Satyri aliisque ejusmodi ineptiis, quibus a se manifesta Mosis miracula confutari posse existimabant. Alius fuit *Abodath Hannabalim* de cultura *Nabathæorum*, ex quo *Maimonides* (3) hausit historiam de *Abrahamo*, quam supra attigimus. Liber *Hainstamchus* Aristoteli falso adscriptus. Liber *Hattelesmaoth* de Talismanibus, *Buxtorfius* titulum vertit de loquentibus imaginibus, cujus rei rationem jam indicavimus. Liber *Tamtam*, Liber *Hascharah*, Liber *de gradibus cœlestium* orbium

(1) Chic. ad Sphæram de Sacrobosc.
(2) Phil. Coupl. de Confuc. pag. 26. Paris 1687. in fol.
(3) Maimon. more Neboch. libr. III. cap. 29. Van Dale de idolatr. cap. 3. pag. 29. Hyde de relig. Persar. cap. 5. pag. 129. Stanley de philosoph. orient. lib. III. cap. 3. cum not. Clerici.

orbium & figuris in uno quoque gradu ascendentibus. Alius liber de Talismanibus *Aristoteli* etiam attributus. Et hujusmodi nugis tanquam pretiosis cimeliis passim gloriantur splendidissimæ bibliothecæ Cæsarea *Vindobonensis*, (1) Regis *Galliarum* (2) & in Anglia *Jo. Seldeni*, *Æliæ Aschmole*, *Thomæ Gale*, *Cottoniana*, (3) & quæ præterea illis in terris laudem merentur. His possem adjicere libros duos Arabicos *de Talismanibus*, quos olim *Whelero* (4) monstrabat *Watsonus*, contendens, *Gaffarellum* ex his desumpsisse, quicquid habeat in curiositatibus inauditis, & volumina, quæ reperit *Jo. Fortius Ringelbergius*, quæ modum tradebant alloquendi Planetas, & ab iis petendi quasvis res. Librum anonymi *imaginum*, & orationum *Necromantiæ*, quem Venetiis in bibliotheca *D. Marci* extare, docet *Spachius*, (5) librum incerti autoris, qui prænotatur *figurarum* 12. *signorum*, contra omnes infirmitates humani corporis, (6) Et quos olim mihi comparavi, cum curiosa alliceret

G 3 ju-

(1) Lambec. libr. VII. pag. 261. libr. I. pag. 175. Nessel. part. IV. cod. 108. pag. 63. & n. 211. 217. 232. 243. 247. 249. 257. 273.

(2) Herbelot in bibl. orient. pag. 708. & 686.

(3) Catal. MSS. Angliæ n. 3278. 3464. 8253. & p. 53. n. 6236. & indice voc. Amuletum. nec non Th. Smith in bibl. Cotton. catalog. Oxonii 1697. in fol. edit.

(4) Wheler in itiner. pag. 163.

(5) Spach. in nomencl. philosoph.

(6) Trithem. in antipal. malefic.

Astafon. disseruisse uti & ASTAFON fecit *de mineralibus constellatis*, (1) de quo non habeo, quod multis verbis commemorem.

Anonymi. Neque hoc librorum satis est: Pene excidissent ANONYMI; quam amplus quæso eorum est numerus? Quorum ægmen ducit liber ille magicus, quem Imperator Sinensium *Chin* cœlitus allatum credidit, cum ex nobiliore porta noctu quidam suspendissent. (2) Hujusmodi libros servabant complures *Sabæi*, inter quos librum de *agricultura* Nabathæorum, translatum ab *Aben Vachaschyah* commemorant scriptores, plenum Idololatricis nugis, agebutque de conficiendis *Ysilmenajah de descensu Spirituum, conjuratione Dæmonum*, de iis, qui degunt in deserto, quales erant Satyri aliisque ejusmodi ineptiis, quibus a se manifesta Mosis miracula confutari posse existimabant. Alius fuit *Abodath Hannabalim* de cultura *Nabathæorum*, ex quo *Maimonides* (3) hausit historiam de *Abrahamo*, quam supra attigimus. Liber *Haimstamchus* Aristoteli falso adscriptus. Liber *Hattelesmaoth* de Talismanibus, *Buxtorfius* titulum vertit de loquentibus imaginibus, cujus rei rationem jam indicavimus. Liber *Tamtam*, Liber *Hascharah*, Liber *de gradibus cœlestium orbium*

(1) Chic. ad Sphæram de Sacrobosc.
(2) Phil. Coupl. de Confuc. pag. 26. Paris 1687. in fol.
(3) Maimon. more Neboch. libr. III. cap. 29. Van Dale de idolatr. cap. 3. pag. 29. Hyde de relig. Persar. cap. 5. pag. 129. Stanley de philosoph. orient. lib. III. cap. 3. cum not. Clerici.

orbium & figuris in uno quoque gradu aſcendentibus. Alius liber de Talismanibus *Ariſtoteli* etiam attributus. Et hujusmodi nugis tanquam pretioſis cimeliis paſſim gloriantur ſplendidiſſimæ bibliothecæ Cæſarea *Vindobonenſis*. (1) Regis *Galliarum* (2) & in Anglia *Jo. Seldeni*, *Æliæ Aſchmole*, *Thomæ Gale*, *Cottoniana*, (3) & quæ præterea illis in terris laudem merentur. His poſſem adjicere libros duos Arabicos *de Talismanibus*, quos olim *Whelero* (4) monſtrabat *Watſonus*, contendens, *Gaffarellum* ex his deſumpſiſſe, quicquid habeat in curioſitatibus inauditis, & volumina, quæ reperit *Jo. Fortius Ringelbergius*, quæ modum tradebant alloquendi Planetas, & ab iis petendi quasvis res. Librum anonymi *imaginum*, & orationum *Necromantiæ*, quem Venetiis in bibliotheca *D. Marci* extare, docet *Spachius*, (5) librum incerti autoris, qui prænotatur *figurarum* 12. *ſignorum*, contra omnes infirmitates humani corporis, (6) Et quos olim mihi comparavi, cum curioſa alliceret

 ju-

(1) Lambec. libr. VII. pag. 261. libr. I. pag. 175. Neſſel. part. IV. cod. 108. pag. 63. & n. 211. 217. 232. 243. 247. 249. 257. 273.

(2) Herbelot in bibl. orient. pag. 708. & 686.

(3) Catal. MSS. Angliæ n. 3278. 3464. 8253. & p. 53. n. 6236. & indice voc. Amuletum. nec non Th. Smith in bibl. Cotton. catalog. Oxonii 1697. in fol. edit.

(4) Wheler in itiner. pag. 163.

(5) Spach. in nomencl. philoſoph.

(6) Trithem. in antipal. maleſic.

juventus. De experimentis & miraculis annulorum XXIV. *De sigillis* XII. signorum Zodiaci & X. *Sephiroth*, cum harmonica appropriatione rerum creatarum, characterum & vocum, nec non de mensulis ex *sigillis Planetarum*, sed parco sciens, qui otium, quod superest autoribus, quorum nomina feruntur, impendam.

Balemis. Quales BALEMIS Arabs, quem & *Balemyne*, *Balenitz* cognomine *Apollo*, imo *Abolomiten* dicitur, scilicet obscuri nominis nulla cura est, & libenter ignorarem, albusne an ater esset, nisi tantopere commendasset, celebris ille *Scudalupis*, (1) qui summum Philosophum materiam amuletariam tractasse, Sympathiamque cœli metallorum lapidumque commonstrasse affirmat. Ejus nomine fertur *liber lunaris*: qui incipit: *Dixit Balenitz*, & alius de *inclusione Spirituum* in annulos VII. planetarum, qui incipit: *die & hora planetæ.* Et alius *de imaginibus* VII. *planetarum* ad multos effectus mirabiles: cujus initium: *dixit Balenitz, qui vocatus est Apollo cognomine.* (2) Hujus MSS. de *sigillis* planetarum in musæo *Ashmoliano* observo; (3) De quibus librum edidit, & alius quidam inglo-

Beheneasin. rius BEHENEASIN nomine, qui incipit: *Saturnus habet in metallis plum-*

(1) Scudalup. de Sympath. VII. lapill. pag. 256. & 260.

(2) Trithem. in antipal.

(3) Catal. MSS. Angl. n. 6776. & 6864.

plumbum. (1) Huic a latere hæret BELENUS. Sed quis ille? magis notum crediderim inter Deos, quam inter homines. Antiqui enim Norici aliique populi *Solem & Apollinem* sub eo nomine venerabantur, ut singulari dissertatione ostendit *Philipp a Turre* in monumentis veteris Aritii, nec non *Pithœus*, (2) *Salmasius* (3) & nuper *Cl. Everardus Otto.* (4) Dum igitur *Apollinem* & *Balemin* citant, artis suæ propagatores, eodem, si Diis placet, jure citant *Belenum*, quem *de sigillis lapidum* scripsisse, *Gesnerus* testis est, & MStum erat inter Codices Bibliothecæ Jacobeæ, (5) Libellus BEXELI, seu *Beyeli* sapientis, (6) *De annulis septem planetarum* incipit: *Septem sunt stellæ erratiles, quas Planetas vocamus*, cujus meminit *Picatrix.* Tale scriptum BOCKENHAMI cujusdam *de annulis, annuli characteribus & imaginibus* servabat in MS. selecta *Jo. Mori* Episcopi Norwicensis bibliotheca. (7) *Belenus.* *Bexel.* *Bockenham.*

Secundum ordinem literarum jam prodit CAISSOUNI *Arabs*, in cujus libro *Magma algialilat* complura extant superstitiosa remedia, (8) quæ & apud *Caissouni.*

(1) Trith. loc. citat.
(2) Pithæus.
(3) Salmasius ad Vopisc. Aurelian. cap. 39. & Capitol. Maxim. cap. 22.
(4) Otto de Diis Vialib.
(5) Catalog. MSS. Angl. tom. II. n. 8460
(6) Trithem. loc. cit. libr. I. cap. 3.
(7) Catal. MSS. Angl. n. 9381. tom. II.
(8) Herbel. bibl. orient. pag. 686.

Caudas. CAUDAM, Astrologum occurrunt, qui scripsit libros IX. annulorum, librum *de tribus figuris Spirituum* & figura *Almadal*, ut observavit *Guilielm. Pastriegicus.* (1) *Cethel.* Hujus farinæ liber CETHEL *de naturali sculptura gemmaeum* & earum significatione, qui exstitit inter MS. illustr. Comitis *Kenelmi Dygbæi*, (2) & CHAEL, *Chael.* unus ex filiis filiorum *Israel* antiquissimus Doctor dicitur, qui cum in deserto esset, observavit & sculpere fecit, multas secundum cursum signorum & Planetarum figuras, & maximum effectum in eis agnovit, atque ut hæ imaginum virtutes posteris paterent, librum composuit, ex quo sunt excerpta quædam sub *Trithemii* nomine Ao. 1612. vulgata, quæ itidem apud *Camillum Leonardum*, *Goclenium*, & *Cæsarem Longinum* in trino Magico seu opere secreto Magorum inveniuntur. Venit & *Cleopatra.* huc GLEOPATRÆ Reginæ famigeratissimæ liber, & quo huic materiæ affinia citat *Alb. Magnus*, (3) scilicet cum vidissent nugivenduli, epistolas quasdam ad *Quintum Soranum* in quorundam manus esse, ut mederetur Priapismo, quo laborabat, placuit nomen & pari impudentia suis autoribus annumeraru nt. Inter quos potius nomen *Costa ben Lucas.* profitetur COSTA BEN LUCAS, qui verus author libelli *de incantatio-*

(1) Gesner in biblioth.
(2) Catal. MSS. Angl. n. 1794.
(3) Albert. de Herb. & lapidib. pag. 185.

tione, *adjuratione & suspensione* & ligaturis Physicis habetur, qui *Galeno* supponitur & in *Constantini* Monachi *Cassinensis* & *Arnoldi Villa Novani* operibus est editus.

GEBERUM quoque invenio reliquisse librum *de figuris septem planetarum*, qui numeris includit septem nomina Dei, (1) quemadmodum author in principio Sermonis sui promittit, & incipit: *Antiqui Sapientes & Philosophi.* Celebre hujus in Magicis & Chymicis nomen est, nemo tamen neque patriam ejus, neque vitæ tempus, neque statum indicavit, quin adversarios in diversas sententias euntes experiretur. *Indum* habent, *Arabem* alii, *Græcum*, *Hispanum*, Regem alii, alii pauperculum Philosophum. *Geber.*

Irus & est subito, qui modo Cræsus erat.

Ejus multa sunt in magicis volumina, sicut *Picatrix* in secundo testatur, inter quæ circumferuntur. Liber *secretorum magicorum*; aliud quoque *magnum opus* in VIII. libros divisum, Liber, qui nominatur *clavis figurarum*. Item de *astrolabio* librum composuit mille capitulorum, in quo mirabiles narrat effectus. Complementum etiam *magicæ* volumen magnum. Huic a latere hæret HAMAHALZEL Persa, astronomus, a R. *Chomero* hebraice redditus, qui late de *Talismanibus* egit, veluti pluribus narrat *Gaffarellus*. (2) *Hamahalzel.*

G 5 Fe-

(1) Trithem. in antip. malef.
(2) Gaffar. curiosit. inaudit. cap. 3.

Fere his, ſcio, quæ retuli, tuam jam exhauſi patientiam, ſed ſuſtine quæſo, adhunc libellum ad umbilicum perducendum & autorum, quæ ſuperſunt, utut barbara, recenſenda ſunt nomina, qualis MACRIZIUS, cujus librum de *Talesmatibus* & de *hieroglyphicis Ægypti* inter Codices Huntingtonianos MStos redemit Academia Oxonienſis (1) MAHMOUD *ben Hamzah al Kermani* de *Talismanibus* commemorat *Herbelotius*. MESSAALLÆ *Arabis* non in celebris, ſed admodum ſuperſtitioſi, MStum de *Talesmatibus* & *veneficiis*, eorumque remediis habebat *Dudlejus Loftuſius*, (2) & incipit: *cum operari volueris*. Tale opus ſcripſit MOHAMMED, *ben Cadhi Minas* (3) & qui ſunt alii,

Macrizius. *Mahmoud.* *Meſſaalla.* *Mohammed.*

Qui veterem in limo ranæ cecinere querelam,

Liber NAMIONIS *mirabilium effectuum* continet multa ad delectationes pertinentia, & alia artis magiſteria; (4) Quæ itidem in libro præſtigionum *de imaginibus* prodidit NESBAR, neſcio cujus ætatis aut loci Doctorculus. (4)

Namion. *Nesbar.*

Proximus ab eo PICATRIX, celebris *Hiſpanus*, (5) qui apud imaginum

Picatrix.

(1) Catal. MSS. Angl. n. 6347.
(2) Ibid. tom. II. n. 866. Trithem. in antipal.
(3) Herbelot. in bibl. orient.
(4) Trithem. loc. cit.
(5) Naudæan. & Patin.

num cultores utramque facit paginam. Is circa annum 1256. ex ducentis viginti quatuor veterum libris magnum *volumen magicum* composuit, quod ex Arabico in Latinam linguam postmodum est traductum; in quo orationes non solum ad Spiritus planetarum facit, sed etiam imagines & annulos, cum multis & variis characteribus, quomodo quis conficiat, docet, (1) ut ex Codicibus MStis perlucet, quos Comes *Petriburgensis*, (2) & *Renat. Moreau* Med. Paris. (3) olim servabant. Huic jungendus PTOLOMÆUS, *Ptolomaus.* non quidem ille Mathematicorum & Geographorum coriphæus, sed quisquis ille superstitiosæ in Arabia scholæ alumnus. Quamvis enim antiquus ille Astrologus in centiloquio *Stoichiomaticorum* mentionem faciat, dum generabiles & corruptioni obnoxias formas a cœlestibus formis affici docet, idque de imaginum arcanis *Hali Aben Rodoan*, & *Aben Giafar* (4) ipsius interpretes intelligant, non tamen singulatim de iis composuit librum. Alterius vero *Ptolomæi* varia feruntur de *imaginibus* opuscula, ex quorum numero quidam multas præstigias & vaticinia pollicetur; incipit: *pars imaginum est multiplex.* Libelli *de angulis & sigillis duodecim signorum* initium est: *Incipiamus tractare de compositione*

(1) Trithem.
(2) Catal. MSS. Angl. n. 6354. & 6363. tom. II.
(3) Labb. in bibl. MSta.
(4) Stanley philos. orient. pag. 69.

ne (1) Alterius *de signis cœlestibus* & imaginibus Astronomicis stellarum fixarum incipit: *Ptolomæus dixit*, quem ex Latina Lingua in Gallicam traduxit *Jo. Huletus*, ut probat MS. a viro amicissimo nuper ad me missum, quod servabat olim itidem *Kenelmus Dygbæus*, (2) Scripsit idem *de XII. annulis Veneris*, qui incipit: *Accipe Jaspidem in die & hora*; sed omnia, si recenserem, superstitiosus foret, & inutilis labor.

Rhagael. Neque prolixius vero in RHAGAELIS opere *de imaginibus* commemorando, quem a *Jo. Henr. Mentzelio* Patritio Augustano, cum accepisset, edidit *Goclenius*, desumpta sunt hæc sigilla ex ipsius *libro alarum*, in quo perfectam artem tradiderat (3) Hujus

Sekaki & Serani. commatis sunt SEKAKI tractatus *de Talismanibus*, & SIRANI Chaldæi astrologica, quorum *Scudalapis*, (4) meminit.

Porro prodit:

Thebit. *Ecce magus THEBIT, qui tempestate, venenis,*
Grandinibus quondam destruxit imagine regnum. (5)

Vul-

(1) Trithem. in antipal.
(2) Catal. MSS. angliæ n. 6357.
(3) Camill. leonard. in spec. lapid.
(4) Scudalup. de sympath. pag. 340.
(5) Merlin Coccapli. maccoron. 8. Naudæ. in apolog. Nicol. Anton. in bibl. Hispanica.

Vulgo *Thebit ben Corat* dicitur, qui in Hispania Judæorum religionem amplectebatur, *Alphonso* regnante; quanquam *Lelandus* (quasi res tanti esset) Anglis suis vindicare allaboret. Multa scripsit hujus argumenti, & in his librum, qui *sapientia major* dicitur, *de imaginibus astronomicis*, quas Astrologi secundum cursum stellarum formare solent, quem in Gallicam linguam transtulit, quem sæpius nominavi, *Jo. Huletus*. Idem scripsit *de proprietatibus XV. stellarum*, lapidum & herbarum, qui incipit: *prima stella vocatur Algol* & librum *præstigiarum*, in quo per compositionem diversarum imaginum mirabiles pollicetur effectus, & incipit: *Dixit Thebit ben Corat editor.* (1) *Hujus libri* passim in Codicibus MS. mentio est, & extabat olim apud *Ant. Bandanum*, nec non in scriniis bibliothecarum *Bodleji*, & *Jacobæi*. Talis THETEL vetustissimus doctor, *Thetel.* tractans *de sculpturis lapidum*, qui cum *Rhagaële*, *Chaele*, *Hermete*, *& Salomone*, *a Camillo Leonardo*, *& Goclenio* est editus, Talis THOCZ Græcus de *compositione & Thocz.* *virtute imaginum*, de statione ad cultum *Veneris*, *de quatuor annulis* & imagine Veneris, (2) & THOMAS *præstigiarum* autor, quo miranda promittit ex annulis compositis, secundum 28. *Thomas.* mansiones Lunæ cum characteribus & fumigatio-

(1) Gesner. in biblioth. Trithem. in antipal. malefic. libr. I. cap. 3.

(2) Trithem. loc. citat.

gationibus variis, qui ſic incipit: *Ego Thomas omnium ſcientiarum amator.* Denique

Zain Abudad & Zeherit. ZAIN ABUDAD Arabs, quem citat *Kircherus*, (1) & liber ZEHERIT *Chaldæi* de compoſitionibus & affectibus *imaginum* planetarum ſuperſtitioſus: in quo ſpiritibus orationes facit & offert ſacrificium planetis: incipit; *Spiritus planetarum.*

Hæc cum ita ſe habeant, nemo merito de raritate ſcriptorum, ſed numero eorum queri poteſt. Si enim tantum incertæ ætatis ſcriptores exiſterent, integra propemodum foret bibliotheca. Nænias quidem eſſe & quiſquilias, ſi quis urget, conceſſerim, neque alio animo retuli, quam ut creduli & ſuperſtitioſi mirari deſinant, nec in fallacibus impoſtorum artibus theſauros abditos quærant, pro quibus, ut ajunt, carbones inveniunt.

(1) Kircher. de cabal. Saracen.



CAP.

CAP. IV.

DE

MEDII & RECENTIORIS ÆVI SCRIPTORIBUS TALISMANICIS.

Argumentum.

SÆCULO XIII. *dum respirare incipiunt literæ, cum iis Astrologia summo in honore esse cœpit, & una ars Talismanica. De qua* Leopoldus *Dux Austriæ, Albertus Magnus*, Thomas Aquinus, Rogerus Baco, Michael *Mathematicus*, Petrus Aponensis, Arnoldus *Villanovanus*, Joannes Gerson, Marsilius Ficinus, Hieronymus Torellas, Camillus Leonardus, & Petrus Arlensis de Scudulapis *editis commentariis copiose egerunt. Nec non* Joan. Trithemius, Henricus Cornelius Agrippa, Theophrastus Paracelsus *& qui eum refutare aggressus est.* Thomas Erastus. *Tit. & mentio* Jo. Fausti *mere infausti. Idem argumentum exponunt* Elias Chræstmaierus, Galenus, Ellenbergerus, Caspar Bartholinus, Antonius *vero* Follinus *perperam hac trahi ostenditur. Postquam* Roberto Fluddio *debi-*

tus

tus contigit locus : Jacobus Gaffarellus *cum suis & amicis & inimicis.* Claudio Sorello, Jacobo Gaufrido Anonymo, *quod an*, Francisco Placette novam scenam instruit. *Apud Germanos* Israel Hiebner *mysteria sigillorum prodit, sed majore successu* Athanasius Kircherus, *de quibus itidem* Sam. Hentschelius, Dan. Guielmus Möllerus, Jul. Reicheltus Jo. David Rein, Augustus Buchnerrus *studiose disseruit, quod irrito conatu, dum mors prævenit*, Francus de Franckenau, Hieronymus Welschius, Matth. Fried. Beckius *aliquandiu tentabant.* Jacobus Wolfius, Valentinus Ernestus Loescherus, Adrianus Beyerus, & Martinus Friedericus Blumler *agmen claudunt. Quibus subjicitur catalogus quorundam autorum, qui data occasione Talismanes aut propugnarunt, aut impugnarunt, aut de iis quæsiverunt.*

Hactenus in obſcuro verſati ſumus antro, barbara obſtrepuere nomina, ſi non evocati lemures, admixtæ ſane terruerunt ſuperſtitiones, neque inter *Hebræos*, *Arabes*, & obſcuri nominis literatores fieri aliter poterat. Jam culti orbis eas adimus partes, in quibus elegantioribus literis debitus conſtat honos. Equidem in percurrendis ſummorum Theologorum, Medicorum & Philoſophorum ſcriptis vitæque fabulis fructuoſior erit & jucundior occupatio, quam hactenus fuit.

Sæculo XIII. cum ſcientiæ prope deperditæ lacertos movere inciperent, aſtrorum quoque ſcientia ſtudio *Alphonſi* Regis *Hiſpaniæ*, ſummo in honore eſſe cœpit. Quam cum traderent Arabes homines ſuperſtitioſiſſimi, pullulare una cœpit ars *Talismanica* & doctiſſimi viri de ea ampliſſimos Commentarios, ediderunt, in quibus LEOPOLDUS Epiſcopus *Friſingenſis*, Ducis *Auſtriæ* filius, circa annum 1200. clarus *compilationem de aſtrorum ſcientia* edidit, in qua multorum Amuletorum fabricam docet. Prodiit Auguſtæ Vindelicor 1489. in 4. & reperitur in MSS. codicibus Bibliothecæ Regis *Galliæ*, Ducis *Guelferbytani*, & *Guil. Dygbæi*. (1)

Sæculo XIII. *Leopoldus.*

H Hic

(1) Riccιol. in chronol. aſtron. cum Almageſt. nov. Reichelt de amulet. pag. 17. Labb. in bibl. MSS. pag. 317. Catalog. MSS. Angl. & Hybern.

Hic cum decessisset

Albertus. Magnus. *Inclytus ALBERTUS doctissimus atque disertus*
Quadrivium docuit & totum scibile scivit.

Acutissimus Scholasticorum Doctor, ex ordine equestri *Bollstadiorum* Lavingæ natus est, & Theolog. Doctor & Professor aliquandiu in in Academia *Parisina* & *Coloniensi* fuit, donec *Ratisbonæ* ad Episcopalem dignitatem eveheretur, quam post paucos annos suæ sponte deposuit vitam sine literis vivi hominis sepulturam putans. Hoc in defesso literarum studio cum omnes sui temporis Philosophos facile superaret, pro Sæculi genio, quibusdam nugivendulis tanti viri famam ad se traducere, & varia nostri argumenti opuscula ei supponere volupe fuit, quæ hodiernum ipsius nomine feruntur. Hujus commatis est tractatus, de virtutibus *quarundam herbarum, lapidum & animalium*, & alter *de mirabilibus mundi*, qui mutile in trino Magico *Cæsaris Longini*, auctiores vero in editione Argentinensi 1637. in 12. editi inveniuntur. Hos *Johanni* Regi *Arragonum* tribuit index prohibitorius de Ao. 1640. *Henrico de Saxonia* Simlerus; at ille commentario tantum Augustæ 1498. illustravit. Omnino legi meretur Apologia *Naudæi*, qua eum a crimine Magiæ defendit, cujus suspicionem ei quomodocunque conciliare voluerunt malevoli, insulsis & aliis editis libellis, qualis *de Magia* extat Tom. V. ope-

rum.

rum. Pejores adhuc nugæ *de invisibilitate*, quæ incipiunt: *Adjuro vos tres Principes*, & alius, cujus initium: *antequam incipias*. Sic *secretum Alberti* fertur, in quo Spiritus cujusdam maligni familiaritatem promittit, (1) quod merito deteſtamur, & tam alienum ab eo putamus, quam ab aliis ſanctiſſimis Viris, quorum autoritate abutuntur. Ejusdem nomine Germanica lingua *Sigilla XII. Signorum Zodiaci* in MS. feruntur nec non libellus *de VII. ſtellis erraticis, earumque annulis magicis*, cum virtutibus & proprietatibus illorum. Imo vero adeo ipſis placuit nomen, ut cum ſatis opuſculorum *Alberto Magno* ſuppoſuiſſent, & *Albertum parvum* mox fingerent. Quale MS. de *adjurationibus Dæmonum* Hiſpanica lingua olim videre mihi contigit, & *Alberti Parvi Lucii* libellus *de mirabilibus naturæ arcanis* Gallice prodiit Lugd. 1706. in 12.

Hujus diſcipulus erat THOMAS AQUINAS *Doctor Angelicus*, & Angelorum Doctor, vir acutus & ſubtilis, imprimis Sophiſta, quem hodie dicimus Philoſophum, Neapolin ille patriam habuit, parentes nobiles, ipſe doctrina nobilior. Scripſit permulta XII. voluminibus in fol. edita. In quibus extat opuſculum *de occultis operibus naturæ* ad militem quendam Scriptum. Ejusdem Libellum *de imaginibus Necromanticis* citat *Picus* Mirandulæ *Thomas Aquinas.*

H 2 Do-

(1) Trithem. in antipal. malefic. libr. I. cap. 3.

Dominus, (1) ſed merito tanto Viro ſuppoſitum eſſe ſtatuit.

Rogerus Baco. Obiit noſter 1274. veluti decennio poſt ROGERUS BACO, *Anglus*, ordinis *S. Franciſci* Monachus, S. Theol. Doctor Oxonienſis, a ſuis *Mirabilis* dictus. Qui cum Mathematicas ſcientias & Philoſophiam maxime naturalem curioſe profundeque contemplaretur, multa in hac parte ſcientiæ ſcripſit *de poteſtate mirabili artis & naturæ, de occultis operibus naturæ, de ſculpturis lapidum, de necromanticis imaginibus, de excantationibus, practicas Magiæ*, & alia, quibus Magum fuiſſe arguunt. (2) Sed cauſam ejus *Seldenus*, *Naudæus*, *Bayle*, ſtrenue agunt, quod circa annum 1551. magno animo moliebatur *Jo. Dee, Londinenſis* ſpeculum unitatis promittens, ſive *apologiam pro Fr. Rogero Bacono* Anglo, in quo docetur, nihil eum per Dæmoniorum feciſſe auxilia, ſed Philoſophum fuiſſe maximum, naturaliterque & modis homini Chriſtiano licitis maximas feciſſe res, quas indoctum ſolet vulgus in Dæmoniorum referre facinora. Sed hanc inter libros ineditos permanſiſſe autor eſt *Thomas Smiht* in ipſius vita. *Rogeri Baconis* opuſcula paſſim inveniuntur.

Michael Scotus. Non diſſimili fato, ut ſimillima erant ſtudia, MICHAEL *Mathematicus* functus eſt, cognomento *Scotus*

(1) Picus. libr. I. contr. Aſtrolog.
(2) Balæus & Pitſæus de ſcriptor. Angl.

tus, (1) natione Anglus patria *Dundmensis*, qui cum non minus ingenii naturali propensione ad studia Mathematica incumberet, in iisque indagandis cæteris postpositis, potissimum desudaret apud vulgum pro Necromantico habitus est. Prudentum tamen & cordatorum hominum longe aliud fuit judicium, qui potius perspicax ejus in scrutandis rebus abditis admirabantur ingenium, laudabant industriam, quam reprehendendam judicabant curiositatem suscipiebantque hominis scientiam non suspicabantur culpam. Eum Imperator Fridericus II habuit in delitiis, cujus jussu tum alia multa, tum *de astrologorum dogmatibus*, *imaginibus astronomicis & signis planetarum* aliquot libros edidit. Claruit circa annum 1290. cum in Anglia regnaret Edwardus I.

Iisdem scilicet temporibus cum in Italia floreret PETRUS APONENSIS de *Abano* & Ebano dictus [vicus urbi Patavinæ vicinus] *Abbano & Ebano* dictus vir plane singularis, sui sæculi rarum eruditionis prodigium, (2) habebaturque virium naturæ siderumque efficaciæ adeo peritus, ut herbarum & lapidum virtute, certo cœli aspectu, & statis horis utens, fa-

(1) Gesner. in biblioth. Balæus & Pitsæus de script. Angl.

(2) Naud. de antiquitat. Schol. Parisiens. med. Galeott. Mattius de doctrin. promisc. p. 36. Gadd. de hist. non eccles. p. 4.

fascinare homines crederetur. (1) Cumque rumor publicus esset, extare *Patavii* opera quædam mirabilia, quæ ille Dæmonum ope sit aliquando molitus, Magiæ eum reum facere circa Annum 1306. *Petr. Reginensis.* Med. Doctor, invidus æmulus, instituit. Sed in hoc judicio innocentia *Aponensis* facile triumphavit, & vindictam hostium, si non effugit, tamen per novem annos distulit, qui circa ea rursus tempora novis instructi machinis moribundum senem corripuerunt, & in vinculis conjectum adeo terruerunt, ut in iis octogenario major decederet, [quanquam Scardonius annum 65 transiisse negat] Valde ambigua hujus Viri fama est, & historia, ut solet admodum incertas, Quidam magum volunt, quidam negant credidisse Dæmones (2) Quidam ipsius ossa inquisitores in fore combussisse tradunt, quidam corpore ejus ablato imagini ignem subjicisse; quidam sine pompa funebri & sepulti titulo vix rogum evitasse, alii e contra in ingressu templi Divi *Augustini* sub marmorea tabula esse conditum narrant. Ac sane statua ipsius diu *Patavii* & apud *Urbinatem* Ducem fuit servata, cui adscriptum erat:

PE-

(1) Scardeon. in histor. Patav. lib. II. class. 9. Freherus in theatro.

(2) Jo. Fr. Picus libr. VII. de prænot. Champer. in cribat. ad Champer.

PETRO APONO
MEDICORUM ARBITRO ÆQUISSIMO
OB
REMOTIORUM LITERARUM
STUDIUM
INSIGNE
FED. P. CURAVIT.

Multa ipsi, quæ huc veniunt, tribuuntur, *Heptameron*, *Elucidarium* Necromanticum, & *elementa magica*, quæ *Agrippæ* operibus subjiciuntur, ita antiqua quædam fragmenta ipsius de *occulta Philosophia* vidit olim *Bl. Vignerius*, & *Joh. Belot*, edidit *Fleurs de la Philosophie Chretienne & morale, ou la refutation d' Agrippa, & d' Abano*. Paris. 1663. Sic Abani nomen in fronte fert *libellus experimentorum mirabilium de annulis* secundum XXVIII. mansiones lunæ, qui latine aliquando typis exscriptus est. (1) Sæpissime etiam in MS. his Codicibus occurrit, inque linguam Gallicam translatus est ab *Huleto*. Verum num illius ipsius scit, non sane certo constat.

Huic jungi meretur ARNOLDUS de VILLA NOVA, portentosi vir ingenii, sed magni, veterum novator maximus, quem *Galli* certatim & *Hispani* sibi civem vindicant. Is licet humili patria, obscurisque profectus esset laribus, arcano tamen impetu, & excellentis mentis indagine *Arnoldus Villanovanus.*

H 4 peni-

(1) Hofmann in lexico, Trithem. in antipal. malefic.

penitiorum naturæ operum ſerutator acerrimus, Europam fere omnem ſui nominis gloria implevit, cum in fatis eſſet Medicinam aſtrologiæ & intimiori cuidam Philoſophiæ editis operibus perpetuo nexu jungere, (1) In his XII. *Sigilla Signorum Zodiaci* (quod itidem in theatro Sympathetico Norimbergæ factum eſt, ita expoſuit, ut vix ſuperſtitionis notam effugiat, dum in eorum ſtructura; varias requirit ceremonias, & per Apoſtolorum & Sanctorum nomina, neſcio qua virtute prædita, mirificos & portentoſos effectus pollicetur.

Jo. Gerſon. Ob quas tales imagines omnino ſuſpectas habuit JO. GERSON de loco natali in diocœſi *Rhemenſi* ita dictus, vir inclytus & imprimis diſertus, qui contra duos Medicos Montiſpeſſulanos diligenter ſcripſit, quorum alter habebat figuram Magicam forma leonis ad profligandos morbos, alter certis tantum diebus adhibebat Medicinam. Quibus junguntur alii ipſius tractatus *adverſus magiam* in operibus Coloniæ 1483. Argentinæ 1488. & 1494. Baſiliæ 1489. & 1518. 1502. 1514. Lutetiæ 1521. & 1606. & ante decennium ſtudio Cl. *du Pin* Antwerp. 1706. V. tomis in fol. editis. Doctor is *Chriſtianiſſimus* ſuis dicitur, & aliquandiu Cancellarius Academiæ *Pariſienſis* fuit. (2) Fortuna tamen adverſa non

(1) Tuperial. in muſæo.

(2) Popeblount in cenſur. celebr. autor. Du Pin dans ſa biblioth. eccleſiaſt. tom. XII. p. 66.

non pro virtute & meritis ipsi vitæ finem concessit. Cum enim in concilio *Constantinensi* suo zelo irritasset crabrones monachos nec cædem Ducis *Aurelianensis* a Duco *Burgundiæ* commissam probare aut vellet aut posset, in exilio *Lugd.* Ao.1429. diem obiit supremum.

Marsilius Ficinus. Quod hic Theologis, Philosophis est MARSILIUS FICINUS, *Florentinus*, Platonis fere demortui *Æsculapius*. Is natus 1433. parvæ staturæ homuncia, sed magni ingenii vir, summa floruit sui nominis fama, ut, cum Ao. 1449. [quod Ao. 1483. factum fuisse perperam Boisardus statuit,] abiisset, unde negant, redire quenquam, ipsius tumulum hoc Epitaphio amici decorarent.

En Hospes
Hic est
MARSILIUS Sophiæ Pater
Platonicum qui dogma culpa temporum
situ obrutum illustrans
Et Atticum decus servans
Latio dedit
Fores primus sacras aperiens
divino mentis actus numine
vixit beatus ante
Cosmi munere Laurique Medicis
nunc revixit publico.
S. P. Q. F.
Ao.1521. (1)

In-

(1) Rovill. in promptuar. icon. libr. II. Jov. in elog. Boisard. in icon. viror. illustr.

Inter præclara ingenii ejus monumenta, quibus immortalitatem adeptus est, ejus libri de *vita* extant, cujus tertius de *vita cœlitus comparanda* amuletorum structuram late explicat. Prodierunt Basileæ 1529. 1595. in 12. 1616, in 12. Opera autem ejus Basileæ 1577. voluminibus duobus in fol. Sed in his plura optare quam credere opinatur *Io. Picus* & refutare, librum instituerat *Io. Franciscus Picus* (1) nisi ob singularem cum illo amicitiam intermisisset.

Hieronym. Torellas In Hispania HIERONYMUS TORELLAS, *Valentinus*, Reginæ Neapolitanæ, Ferdinandi Catholici Hispaniarum Regis, sororis Medicus ad *Ferdinandum* scripsit de *imaginibus astrologicis* (2) completum opus, ut ipse loquitur, Ao 1496. editum vero absque anni mentione in 4. Valentiæ apud *Alphonsum de Orta*. De hac quæstione, an imagines cœlestes auro impressæ habere vim morborum expultricem sine ulla superstitione valeant, quod tamen in fine operis ex sententia S. Thomæ improbare videtur.

Camillus Leonardus & Scudalapis. Aliter visum est CAMILLO LEONARDO Physico *Pisaunensi*, qui Ao. 1502. speculum lapidum *Cæsari Borgiæ* obtulit Pisauri in 4. quæ editio August. Vindel. 1533. in 4. & Lutetia 1610. in 8. cum D. *Petri Arlensis de Scudalupis* Presbyteri Hierosolimitani, sympathia VII. metallorum,

(1) Picus de prænot. libr. VII. cap. 10.
(2) Nicol. Anton. in bibl. Hispan. libr. X. cap. 15.

rum, & VII. selectorum lapidum ad planetas repetita est. Quibus sequenti anno Parisiis accessit Petri *Constantii Albini*, Villanovani *Magia astrologica*, sive clavis Sympathiæ septem metallorum & septem selectorum lapidum ad Planetas, qui meretur qualemcunque curam, agit quippe *de imaginibus nostri* veluti & *Camilli*. Liber III. *de sculpturis lapidum* antiquitatem sculpturæ, sculptores celebres, virtutes imaginum tam magicarum, quam astronomicarum, signa itidem & constellationes cum Planetis explicat, nec non *Rhagaelis*, *Chaelis*, *thetelis*, *Salomonis*, *Hermetis* imagines, de quibus jam diximus.

Id quamvis *Lazarus Mozenigus & Scudalupis* in utraque præfatione factum fuisse nollent prodierunt tamen eædem sub JO. TRITHEMII celebri nomine hoc titulo: *Veterum sophorum sigilla, & imagines magicæ* sive sculpturæ lapidum & gemmarum secundum nomen Dei Tetragrammaton, cum signatura Planetarum & juxta certos cœli tractus & constellationes ad stupendos & mirandos effectus producendos ex MS. *Io. trithemii* eruta 1612. Ipsum hæc composuisse non credo, habuisse concesserim. Habuit sane satis grandem horum libellorum copiam, quæ magna ex parte ad HENR. CORNELIUM AGRIPPAM, familiarem ejus & discipulum ex testamento pervenerunt. (1) Is jam

Jo. Trithemius.

Henr. Corn. Agrippa.

tum

(1) Agripp. libr. III. ep. 33. 47. 57.

tum in insigni opere (si quædam superstitiosa absunt) de *occulta Philosophia* omnia, quæ huc spectant, tam accurate proposuerat, ut criminis Magiæ reum magno numero accusatores postulent. Ex invidia potius & ignorantia, quam ex vero, vitam meamque sententiam de hoc libro decantatissimo pluribus alibi prosecutus sum. Sane, crimen *Magiæ* facilius infamari quam probari arbitror, cumque permultos summos viros illo Seculo hujus criminis nomina accusaverit credulitas, dum & *Agrippa* reus maleficii agitur.

Rem patitur modicam, & mediocri bile ferendam. (1)

Nonne temerarium boni viri famam lacessere, non intelligendo, quid dicat? qui se ipsum celasse veritatem, & clavem sibi suisque amicis servasse profitetur. (2)

Theophrastus Paracelsus. His inter Germanos accedit trium vir AUREOLUS THEOPHRASTUS PARACELSUS, BOMBASTUS à HOHENHEIM, natione *Helvetus*, & ipse Magus, quem verbis & characteribus addictum fuisse satis & ad nauseam fateor, apparet eundem evolventibus. (3) Ejus *Archidoxis Magica* plena est hujusmodi imaginibus, & libris VII. varia amuletorum genera exponit. Qui libri speciatim prodierunt, & in operibus

(1) Juven. sat. XIII. v. 143.
(2) Agripp. libr. III. cap. 56.
(3) Fromman de fascin. p. 163.

bus Basil. 1589. in 4. Argent. 1616. in Fol. Latine studio *Gerardi Dorn*, discipuli 1584. Basilea 8. Sed alii dubitant, an genuinus partus sit, in quibus *Huserus* operum editor, & *Faulhaberus* (1) qui cuidam monacho *Wormatiensi* adscribere mavult. Sed nec inde concluditur de *Talismanibus* nihil scripsisse, cum prætera in ipsius operibus extet disquisitio *de imaginibus magicis* admodum curiosa, aut sivis, superstitiosa. Cui ex variis MSS. codicibus possunt jungi ipsius *secretum secretorum*, *de septem stellis liber*, *de magia veterum* libri IX, qui in se continet uberiorem explicationem Germanicam. Libelli sub nomine *Arbatel* in operibus Agrippæ editi, quo abdita quævis arcana rimantur, quæ nec ulli unquam, nec ipsi autori profuerunt, Cum enim summos honores, regiasque divitias aliis decerneret, vagus vixit, pauper obiit, & cum aliis promitteret se à morte vindicaturum, juvenis adhuc victima fuit nil miserantis orci, dum Salisburgi Ao. 1541. ætatis 47. vitam cum morte commutaret. Ipsius Philosophiam omnem sic hanc de imaginibus censuræ subjecerunt multi sui temporis docti, & imprimis THOMAS ERASTUS, Medicinæ D. & Prof. *Heidelbergens.* cujus disputatio XXII. in re medica *de amuletis* est. *Thomas Erastus.*

Et sic delabitur nostra oratio ad JOANNEM FAUSTUM, nebulonem mere infaustum, si vera de eo narrant, nec *Jo. Faustus.*

(1) Faulhab, in onomast. p. 172.

nec mera de hujus præstigiis est fabula, quam non sine singultibus & suspiriis legunt aniculæ, uti a *Georgio Rudolfo Widemanno* & *D. Pfitzero* cum ingenti monitorum moralium cumulo est tradita. Pleraque sane, quæ de eo feruntur, non satis firmo talo stare evicit. Cl. *Joannes Georgius Neumann* in dissertatione historica *de Fausto præstigiatore* Witteb. 1711. 4. Qui consuli poterit. Nobis satis est ejus mentionem fecisse & librorum, quorum tanta ipsi tribuitur copia, characteribus meris & telesmatibus detestandis conspurcata, siquidem MSSti feruntur *Praxis Cabalæ & albæ & nigræ &c.*

Miracul - und Wunder-Buch / genannt der Höllen-Zwang rc.

ad evocandos XX. Spiritus Olympicos.

Practicirter Geister-Zwang / qui impressus etiam, ut in titulo Passau 1605. 12. quo pessime abutuntur, quibus ex luto præcordia & cerebrum belucinum est.

Der sogenanndte schwartze Mohren-Stern rc.

Die Gauckel-Tasche rc.

Haupt-und Kunst-Buch / id est aller Cabalisten und Weisen fundamental praxis zur Lehre in Geheim seinen Diener Christoph Wagnern hinterlassen rc. Qui itidem fuit insignis magus & scripsisse fertur *Cabalam nigram* oder wahrhafften Höllen-Zwang / & quæ sunt alia humani ingenii monstrosa somnia nunquam sine indignatione & dolore commemoranda.

Hu-

Hujus potius loci sunt ELIAS CHRÆSTMAJERUS, quem *de amuletis* vegetabilium citat *Baudelot de Dairval*, (1) GALENUS junior Medicinæ D. *Pretzlaviensis*, qui *de amuletis* ao. 1605. disseruit, (2) veluti biennio post *Marpurgi* ELLENBERGERUS, sic CASP. BARTHOLINUS, præclarum Daniæ decus, Medicinæ & Philosophiæ D. Prof. *Hafniensis* & Canonicus *Rohtschildensis*: (3) in opere de *lapide nephritico* Hafn. 1627. biennio ante mortem edito, *amuleta* plurima commemorat, eorumque vires expendit. *Elias Chræst Majerus, Galenus, Ellenberger, Casp. Bartholinus.*

Refert quidam huc etiam HERMANNUM TOLLINUM Batavum, Medicinæ D. & Prof. *Coloniensem*, ob *Amuetum* Antonianum *Lipenius*, (4) sed quandoque bonus dormitat *Hermann. Tollinus.*

Atque opere in longo fas est obrepere somnum.

De nulla enim re minus quam de amuletis agit, qui *Antonio* cuidam luis pestiferæ fugam inscripsit.

Majore omnino jure locum tuetur ROBERTUS FLUD *de fluctibus* armigen & Medicinæ Doctor Oxoniensis, mirabilis ingenii homo, qui infamigeratissimis operibus multa, quæ huc spectant, sollicite tra- *Robertus Fluddius.*

(1) Baudel. de l' utilit. des voyages p. 407.
(2) Herlic. de peste c. 6. p. 107.
(3) Vinding. de acad. Hafniens.
(4) Lip. in bibl. med. tit. Amuletum.

tradidit, ſed ideo & multis male audire cœpit. In genere ipſius Philoſophia caballiſticis novisque argumentis ſuperſtructa jam ab initio ſuſpecta fuit eruditis, & in eam *Marinus Merſennus*, *Franciſc. Lanovius*, *Petr. Gaſſendus*, nec non *Forſterus* & *Libavius* animadverſiones ſuas ediderunt, quorum incurſum ſtricto ipſe calamo excepit. Atrociores alii *magnum* dixerunt, qui geniorum inveſtigationem omnesque divinandi artes tradidiſſet, imo *Atheum*, quod mentem ipſius non recte caperent, ſcilicet crimen læſæ Majeſtatis divinæ, quilibet e populo aut ſcholæ Magiſtellus vindicare aggreditur, qui tam facile Atheum invenit, quam malvam & aſphodelum in hortis. Prodierunt opera variis temporibus, & cum raro occurrant a magnatibus magno pretio redimuntur. (1)

Jac. Gaffarellus.

Nemo tamen hactenus telesmata ſecundum artis regulas diſpoſuerat, & data opera cauſam eorum defendere ſuſceperat. Surrexit tandem JACOBUS GAFFARELLUS, Doctor Theologiæ & Juris Canonici, Protonotarius Apoſtolicus, Regi Galliæ a Conſiliis & eleemoſynis, Prior commendatarius S. Ægidii, Decanus Facultatis Juris Canonici Pariſienſis, Prior Conventus Brouſſenſis, Commendator S. Aumelii, (2) & quæ fuerant alia ſplendida

(1) Lambec. 83. Thaler. pret redemit. ipſ. teſt. in comment. de bibl. Vind.

(2) Bayle Diction. hiſtor. & antiqv.

da ejus officia. Quem *Thuillerius* Regis Galliæ ad Venetos Legatus secum habere & de gravissimis rebus, cum eo sermones conferre optavit, (1) & *Richelius*, purpuratus Pater, agacissimus ille ingeniorum censor, Bibliothecæ præfecit & ejus consiliis dissidia religionis auferre, irrito licet successu, tentavit. Philosophus hic eruditissimut, (2) cum & linguarum Orientalium cognatione, & multiplici abstrusarum rerum scientia unus omnium maxime floreret, jussu superioris cujusdam librum edidit hoc titulo: *Curiosités inouies sur la sculpture Talismanique des Persans Horoscope des Patriarches & lecture des étoiles*, Paris. 1629. 8. Rouan 1631. sine loci nomine 1637. 8. & 1650. quem Anglice *Edmundus Chilmeadus* (3) Glocestriensis Londini 1650. excudi fecit Latine diceres Curiositates inauditas de figuris Persarum Talismanicis, Horoscopo Patriarcharum & characteribus cœlestibus, ut verbis *Georgii Michaelis* Rostochiensis, Præpositi *Schwabstediensis* & postea *Flensburgensis*, denique Comitatus Oldenburgici Superintendentis, utar, qui Latinam versionem procuravit, amplissimasque notas Hamburgi 1676. in 8. adjecit, quod in ultima tamen editione cum præfatione Cl. *Fabritii* Hamb. 1706. in 8. factum non est. Hoc opere curioso, proh, nescio, quantas turbas *Gaffa-*

I *rel-*

(1) Naud. in præfat. bibl. polit.
(2) Thomasin. in præfat. bibl. MSS. Patav.
(3) Witte, tom. I. Diar. biograph. ad Ao. 1653.

rellus dedit. Primo illud maximo populi plausu in scenam prodiit, & intra sex menses ter fuit editum, bis *Parisiis* & semel alia Galliarum in urbe innominata, suspicio est, nec fallit conjectura, apud *Rhotomagenses* bibliopolas. (1) Mox Sorbonici Doctores perspicaces aliorum censores coreptum palinodiam canere jusserunt. (2) Alii librum ex MSS. quodam Arabico collegisse & compilasse asseruerunt. (3) Alii in eo monstra horrenda visa seu ex metu credita putarunt. Concedo quidem libro huic multa frivola esse intermixta, sed veluti *Micionem* malo, quam *Demeam* imitari, Philosophum ingenii magnitudine se efferentem, nec ad atheos, ut Voetius, (4) nec ad rogum defero. Quod si ingenii fœcunditas nobis flavam bilem aut stomachum facessit, si nova nobis adeo odiosa sunt, chorda oberremus eadem, & veritatis transparens lumen majores subinde cingent tenebræ. *Pliniique* illud falsum esset: nullum esse tam malum librum, in quo non aliquid boni sit. *Michaelis* notæ majore cum labore, quam judicio congestæ sunt, quod si ejus notam 59. *de Talismanibus* inserere possem, sufficienter probaret. Promisit idem in catalogo Francofurtensi

(1) Leo Allat. in apib. urban. Labb. in bibl. biblioth. Morin. libr. XX. Astrol. Gallic.
(2) Sorell. libr. infer. citato.
(3) Wheler in itiner. pag. 163. Spon. itiner. libr. II. pag. 256.
(4) Voet. tom. I. dissert. selectar.

tensi Ao. 1670. se singulam opere *de amuletis* acturum, ut & altero de *vexillis* (1) an vero liberarit fidem, haud mihi constat, quantum quidem scio, factum non est. *Gaffarellus* autem octogenarius senex vitæ satur Ao. 1681. obiit, (2) de quo in confesso est, ipsum magna diligentia de hoc argumento quæsivisse. Promisit etiam *Talismanes* complures æri incidi curaturum, posto quam aliæ quas ex Gallia & Germania exspectabat, in manus devenerint, cum explanatione quadam, si tanti viderentur. (3) Idem ostendemus, inquit, (4) post hæc peculiari libro, si hic noster labor doctis placuisse visus sit, *XLVIII. constellationes* in fabricandis *Talismanicis figuris* non inutiliter adhiberi. Multa & alia in scriniis servabat, notata de *notis Hieroglyphicis in nubibus*, (5) *Pneumaticam*, (6) ut videtur satis curiosam & alia, quæ commemorat *Leo Allatius* in apibus urbanis, & ex eo Celeb. FABRITIUS. (7)

Inter eos vero, quibus iste labor *Gaffarelli* displicuit, CLAUDIUS SORELLUS, Historiographus Regius, *Claudius Sorellus.*

I 2 mul-

(1) Mich. ad Gaffarell. in not. pag. 3.
(2) Colomes. in Gall. orient. pag. 153. & 269. Fabric in præfat. libr. præmissa.
(3) Gaffar. curiosit. cap. 6. pag. 115.
(4) Gaffar. cap. 6. pag. 135.
(5) Id. cap. 12. pag. 231.
(6) Id. cap. 5. pag. 99.
(7) Fabric. in præfat. noviss. edit.

multis scriptis in Gallia notus, præcipue nomen suum profitetur edito libro: *Des Talismans figures faites sous certannes constellations, avec les observatiens contre le livre de curiosites inougeos de Gaffarel, & un Traitté de l'onguent des armes, poudre Sympathetique & constelle* &c. par le Sieur de l'Isle Parisiis 1636. in 8. apud *Antonium Somaville*. Hic tum in genere omnia Telesmata, tum *Gaffarelli* sententiam de iis, tum *unguentum armarium* acriter impugnat (1) Cui merito ea, quæ in *scientia sua universali* Lutetiæ 1647. in 4. edita P. 3. p. 215. & P. IV. p. 273. leguntur, sunt jungenda, ubi iterum latissime de *Talismanibus* & Gaffarello disquirit. JACOBUS GAUFRIDUS contra *Tauroentius* Gallus edidit librum, cujus Titulus: *vindicata antiquitas, seu Parechasis encomiastica pro curiositatibus inauditis* Jacobi Gaffarelli Parmæ 1634 in 4. (2) ac alius quidam sine nomine Gallus tractatum Gallica lingua *talismans justifies* inscriptum, ut *Wolffius* (3) observat. In hunc calamum strinxit FRANCISCUS PLACETTE edito libro hoc titulo: *La superstition du temps reconnue aus talismans, figures astrales & statues fatales, avec la poudre de Symsiathie, soupçon, née de magie* par le R. P. Placet Paris.

Jacobus Gaufridus.

(1) Sorell. in bibl. Gallic. Teissier in catal. König in bibl. qui tamen errat.

(2) Labb. in biblioth. bibliothec. pag. 597.

(3) Wolf. in scrutin. amulet. pag. 499.

rif. Ao. 1668. in 12. & ches Fr. Clousier Parif. 1672 in 12. (1)

Hi ex Gallis, ex Germanis ISRAEL HIEBNER, *Schneebergensis*, Professor Mathematum in Academia *Erfurtensi mysterium sigillorum, herbarum & lapidum*, sive, plenissimam Medicinam morborum animi & corporis per varia remedia externa quatuor partibus edidit, quarum prior Medicinam ex influentiis cœlestibus in herbas plantasque adhibet, altera influentias in metalla & lapides considerat, tertia & quarta eorum conjunctione in sigillis Medicinam absolvit Erfurti 1651. in 4. Lipf. 1653. in 4. Erfurti 1696. in 4. Sed bonus vir non haurit fundum. *Israel Hiebner.*

Plura & doctiora ATHANASIO KIRCHERO debemus, qui tot inusitatæ molis opera, quot ab uno vix exspectari possent, nobis reliquit. Erat autem *Buchonio Fuldensis* S. J. Presbyter in Herbipolensi & Avenionensi Gymnasiis, nec non Romano linguarnm Orientalium & Matheseos Professor, cujus Oedipus *Ægyptiacus* Romæ 1652. quatuor voluminibus prodiit, in quo magno conatu ænigmata, & res absconditas antiquorum, ut alter Oedipus venatur, quanquam eum in multis se præbuisse hominem negari non possit. Varia circa nostram ma- *Athanasius Kircherus.*

(1) Journal des sçav. 1672.

materiam prodit in dicto opere, dum de *Serapidibus*, *Laribus & Telesmatibus* tam majoribus, quam minoribus, *de Magia*, *de Diis averruncis*, *statuis polycharacteristicis*, *& de amuletis* copiose disseruit. Quibus merito jungitur ejus *Archmologia* sive de abditis numerorum mysteriis opus, quod Romæ 1665. in 4. prodiit, in quo multa de *Gnosticorum* aliorumque amuletis, multa de sigillis, eorum structura sensuque enucleantur.

Samuel Hentschel. Præterea extant SAMUELIS HENTSCHEL dissertatio *de characteristica Philosophia*, qua Wittebergæ 1659. characterum patronos impugnavit, quod Altdorffi Ao. 1693. DANIEL GUIEL. *Mollerus.* MOLLERUS in diss. de *chacteromantia* fecit. Quibus tamen palmam *Jul. Reicheltus.* præripit JULII REICHELTI, Professoris Matheseos *Argentoratensis* eleelegans diatriba *de amuletis*, quæ Argentinæ 1672. in 4. & cum *Wolfii* scrutinio amuletorum Lipsf. 1692. in 4. typis excusa est. *Jo. Dav. Rein.* Argentinæ quoque JOH. DAVID REIN, Præside *Jo Ioachimo Zentgratio*, Professore Moralium argentinensi, *de superstitione & remediis superstitiosis* insignioribus aliquot disputationibus egit, quarum secunda *de amuletis & unguento armario* Argentinæ 1677. in 4. prodiit. Cui proxi- *Aug. Buchnerus.* ma AUGUSTI BUCHNERI Professoris *Wittebergensis* celeberrimi

ora-

oratio *de statuis magico ritu consecratis*, quæ cum aliis Dresdæ Anno 1682. in 4. typis excripta est, (1) in qua tum multa alia, tum varia de syngibus & rhombis magicis scriptorum loca explanantur.

Quod si nec ineditorum numerum inire displicet, GEORGII FRANCI de FRANCKENAU dulcis recurrit memoria, qui Medicinæ Doctor, & diversis temporibus ejus Professor *Argentinæ Heidelbergæ & Witteberga*, nec non multorum Regum Principumque Archiater fuit. Is aliquando *Caroli Ludovici* Principis Palatini jussu, qui talia summo studio inquirebat, integrum opus *de amuletis* tentabat, sed ob miserrima illius regionis tempora & negotiorum, quibus urgebatur, molem, nondum ad umbilicum perduxerat, cum *Hafniæ* 1704. rebus humanis diceret valere & plaudere, suis vero familiaribus dolere & plaugere. *Georg. Francus de Franckenau.*

Sic HIERONYM. WELSCHIUS, vir præclare doctus & magni nominis Medicus, de his quædam meditabatur, (2) quæ interceperunt fata, veluti etiam conatus MATHIÆ FRIDERICI BECKII, Pastoris *Augustani* ad Ecclesiam Spiritus S. sacram, *Hieronym. Welschius.* *Matth. Frid. Beckius.*

 qui

(1) Acta Erudit. Lips. 83. April.
(2) Wolf in scrutin. amulet. cap. 3. sect. 1. p. 537.

qui in *responsis Philologicis* ad vanorum quæsita curiosa secundo loco de *amuletis Turcarum, Judæorum, Basilidianorum*, disserere constituerat. (1)

Jacobus Wolfius. Inter eos, qui extant, JACOBUS WOLFIUS Philosophiæ & Medicinæ D. & P. P. Jenensis, *Curiosum amuletorum structatorem* edidit, in quo de natura, & attributis illorum, ut & plurimis illis, quæ passim in usum tam Theoria quam in praxi vocari sueverunt, ac in specie de *Zenechtis*, vel quæ pesti opponuntur, agitur: superstitiosa & illicita notantur & rejiciuntur, utilia illustrantur Lipſ. & Jenæ 1690. 4. (2) uti Francofurti & Lipſ. biennio cum *Julii Reichelti* exercitatione, de qua sermo fuit.

Valent. Ernest. Loescherus. Denique VALENT. ERNEST. LOESCHERUS, *Caspari*, Theologi *Wittebergensis* filius, & ipse S. Theologiæ Licentiatus & Doctor, Superintendens Jurterbocensis in Ducatu Querfurtensi, postea Deliciensis, & P. P. Wittebergens. nec non Sacrorum summus antistes *Dresdensis*, vir nostro ævo polygraphus & polyhistor, celeberrimus, disquisitionem antiquariam de *Talismanibus* suo præsidio Wittebergæ 1697. 4. decoravit, cum eam *Jo. Sigism. Koblich.* JO. SIGISM. KOBLICH proponeret. Gui adjicien-

(1) Mehlführer. ad Almeloven. bibl. promiss. & latens.
(2) Act. eruedit. Lipsiens. ej. anni.

ciendi ADRIANI BEIERI Diss. Juridica de *amuletis*, nec non MARTINI FRIDERICI BLUMLER *historia amuletorum & censura*, quæ Halæ 1710.4. haberi cœpit. *Adrian. Beier. Mart. Frid. Blumler.*

Ita quidem nobis de numero autorum, invictis constat argumentis, quibus sexcentos adjicere possem, qui data occasione copiosissime de iis disseruerunt; Sed nimius videretur labor, & garrulitatis esset suspectus, ideoque primipilares primo tantum indicabo digito, inter quos CAJETANUM invenio, Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, imaginum vim non plane negasse in Commentario ad D. Thomæ Quæst. 96. n. 2. ANTONIUS MIZALDUS in arcanis memorabilibus cent. 1. aphor. 52. 45. 49. cent. 2. aphor. 8. 14. & 93. cent. 3. aphor. 98. cent. IV. aphor. 100. Cent. IX. aphor. 48. telesmata conficit, quæ superstitionis postulat ipse *Gaffarellus*. Hujus loci sunt HIERONYMUS CARDANUS *de rerum varietate* L. 16. c. 89. & 90. GALEOTUS MARTIUS, *de doctrina promiscua* c. 14. & FRANCISCANUS RUÆUS L. 1. *de gemmis* c. 2. & 3. qui omnes harum figurarum efficaciam asserunt. Quod *Camillo* cuidam ob assertam hanc efficaciam Atheismi nota olim inusta sit, testatur *Gaffarellus*. Quem CAMILLUM LEONARDUM esse existimo, qui *de gemmis* scripsit, uti jam diximus. *Scriptores, qui incidenter Talismanes Probant.*

Huic accedunt ROBERTUS FLUDDIUS, Medicus Oxonienſis, *in apologia pro fratribus Roſeæ crucis* cap. 2. MAURITIUS Comes de FLISCO de *fato*, qui præter temporis electionem & cœli poſitum & thematis natalitii harmoniam requirit, TILEMANNUS *de materia Medica* in defendendis pentæculis & amuletis operoſe diligens. CAROLUS CÆSAR BAUDELOT de Dairval, *de utilitate peregrinandi* & commodis, quæ antiquitatum inveſtigatio doctis conciliat, Lutetiæ 1686. 12. Denique JO. SPENCERUS, Anglus, de *Urim & Thummim.* Autor diſcurſus Gallici *de influentia aſtrorum* Pariſ. 1675. 12. EMANUEL KOENIG *in regno vegetabili* Baſileæ 1688. 4. edito.

Improbant. Impugnant e contra acriter GUIL. EPISCOPUS Pariſienſis in opere *de Univerſo*, SYMPHORIANUS CHAMPENUS Lugdunenſ. *in cribrationibus ſuis in conciliatorem*, CONRADUS WIMPINA à *fagis* ſeu de Buchen, Theol. Francof. *de Fato*, THOMAS GARZONI *in Seraglio de gli ſtupori del Mundo*, PETR. GREGOR. THOLOSONUS de *Repnbl.* JO. BAPTISTA MORINUS in *aſtrologia Gallica*, ADAM a REBENWALD *in aſtrologia judiciaria*, qui ſe peculiari tractatu fuſius de futilibus iis acturum, promiſit. Poteſt & evolvi FROMMANNUS, Medicinæ Doctor, in opere de *Faſcino*,

neo

nec non GABRIEL NAUDÆUS, viva illa bibliotheca, de *ſtudio militari*.

Diſquirunt de iis EDO NEUHEUSIUS *in fatidicis ſacris* lib. 2. cap. 24. STROZZIUS CICOGNA *de magia* lib. 4. cap. 1. cap. 26. & 27. MICHAELIS ad *Gaffarellum* num. 59. EDMUNDUS FRIGELLIUS *de ſtatuis* Holmiæ 1656. J. P. M. S. T. P. de *religione Sabaitarum* Anno 1679. SEBASTIANUS WIRDIGIUS, Prof. Roſtochienſis, in *Medicina Spirituum*, CHRISTIANUS FLEMING *de loquela imaginum*, ANTONIUS VAN DALE, Doctiſſ. Medicus Harlemenſis, in opere *de divinationibus* cap. 5. & 6. & 11. BRUNUS, Oratorii S. Jeſu presbyter, in ibro dicto, *Hiſtoire critique des pratiques ſuperſtitieuſes, qui ont ſeduit les peuples & embaraſſe les ſcavans.* *De iis quærunt.*



CAP.

CAP. V.
DE
HIS, QUI DE MATERIA TALISMANICA SCRIPSERUNT.

Argumentum.

Q*uod materiam attinet, licet ea ex omnibus naturæ regnis petatur, seliguntur tamen* metallorum lapidum *&* herbarum *scriptores præcipui. De* metallis *tractant Scriptores Chymici, in quibus recensendis operose laborant* P. Borellus. H. Conringius, & Olaus Borinttius. Jo. Baptista Nazarus, D. G. Morhofius, Emanuel König. Jo. Jac. Mangetti, *& autor libri Germanici*, Kerenhapuch. De lapidibus, *præmissis aliis plurimis* ob opuscula de iis edita Salomon, Proteus, Hermes, Zoroaster, Zachalias, Orpheus, Democritus, Bolus Mendesius, Aristoteles, Theophrastus, *nec non* Plinius, Evax, Macer Floridus, Epihanius & Beda *in scenam prodeunt. Quibus* Michael Psellus, Henr. Huntingtonensis, Nizardus, Jean de Monteville, Camillus, Leonardus & Scudalupis, Erasmus Stella, Franciscus Ruæus, Guilielmus Turnerus, Jean de la Taille, Remigius Bellaqueus, Hieronymus Cardanus, Fortunius Licetus, Ulysses Aldobrandus, Anselmus Boëtius à Boot, Joannes de Laet, Andreas Baccius *aliique*, Thomas Nicolai

lai, Robertus Boyle, Nicolaus Vinette *jun-guntur. De* Plantis *post* Gesnerum, Jo. Ant. Bumaldum, & Joseph. Pitton Tournefortium, *qui bibliothecam Herboristarum compilarunt*, Salomonis, Hermetis, Protei, Orphei, Musæi, Homeri, Hesiodi, Democriti, Pythagoræ, Hippocratis, Aristotelis, Theophrasti, aliorumque, nec non Apollodori, Andreæ, Pamphili & Xenocratis *mentio fit. Quibus succedunt, qui singulatim unius aut alterius plantæ naturam viresque exposuerunt* nec non Mago *Poenus*, Mithridates, *Rex Ponti*, *&* Evax, *Arabum Princeps, quorum opera Romanis fuerunt in deliciis; Ex quibus* M. Cato, C. Valgius, Macer Floridus, Vettius Valens & Apulejus *de hoc argumento scripserunt. Inter scriptores medii ævi* Alchindus *&* Albertus *Magnus, ex recentioribus* Leonardus Thurneiserus, Bartholomæus Canichter, Adamus a Bodenstein, Jo. Baptista Porta, Oswaldus Crollius, Guilielmus Maxveldus *in eum, aliique multi de signatura plantarum & vegetabilibus magicis*, Augustus Etzlerus, Jo. Frid. Helvetius, Emanuel König, Jo. Henr. Heucherus, Fridericus Mentz. *commemorantur*.

Re-

De Materia Talismanica.

Restat *materia Telesmatum*, si tractationem totam artis mecum absolvere placuerit. Sed hæc tam varia est, ut ipsa natura. Perlustratis enim in superiobus amuletorum fabris illi in horum structura sufficienter indicarunt, quam parum certi de hac constet, dum hominum curiositas quodlibet in his sibi fingens quælibet aptat quadrata rotundis.

Præcipua tamen, quibus constat materia, ex *metallis lapidibus & vegetalibus* desumitur, quorum omnes si persequerer autores, patientiam sane vestram provocarem, cum solos scriptores *Chymicos*, qui metallorum naturam exponunt, non per centurias, sed per myriades computati inveniantur.

de scriptoribus Chymicis.

PETRUS BORELLUS, qui *Bibliothecam Chymicam* Heidelbergæ 1656. 12. publicavit, & *cribrum Philosophorum Chymicorum*, *topographiam Chymicorum*, *vitas Chymicorum* quorundam *Bibliothecam Chymicam* ordine chronologice concinnatam cum secunda parte & vitis autorum compendiosis se editurum, fidem fecit, quatuor millia autorum commemorat, cumque eum *Elias Ashmoble* insuper auxisse deprehendatur, (1) quis, quæso, & qualis eorum est numerus? Subsidio esse poterunt curiosis HERMANNI CONNRINGII & OLAI BORRICHII famigeratæ *de hermetica Philosophia* com-

(1) Catal. MSS. Angl. & Hibern. n. 7549.

commentationes, nec non JO. BAPTISTA NAZARUS *de transmutatione metallorum*, DANIEL GEORG. MORHOFIUS *de auro*, EMANUEL KONIG in *regno minerali*, JO. JAC. MANGETTI (1) in *Bibliotheca Chymica curiosa*. Denique præter MSS. passim latitantia tractatus Germanicus, qui *Keren hapuch* inscribitur.

Nos ad autores de *lapidibus pretiosis* divertimus, quod idem in eorum voluminibus plurima, quæ ad nostrum argumentum spectant, tradiderint. Humana enim pene divina Gemmis uttribuunt fata, & nullum miraculorum genus est, quod non his superstitiose tribuant. *Achathes* in magna sunt autoritate, quæ potentiam habere contra scorpiones dicuntur & earum suffitu tempestates averti & flumina sisti. *Alectorias* narrant *Milonem* Crotoniensem usum in certaminibus invictum fuisse. *Amethisti* quandam speciem resistere ebrietati, & si lunæ nomen ac solis scribatur in iis, atque ita suspendatur e collo, cum capillis cynocephali & plumis hirundinis resistere veneficiis, magorum vanitas promittit. Prodesse etiam Regis adituris & grandinem avertere, & locustas precatione addita, si aquilæ in iis sculpantur & scarabæi. Quæ quidem scripsisse eos non sine contemptu & irrisu generis humani arbitror. Sic *Androdamas*, ex eorum

Scriptoris de lapidibus.

(1) Genev. 1702. 2. vol. fol.

eorum sententia impetus hominum & iracundias domat. *Antipathis* nigra contra fascinationes auxiliatur. *Aspipalates* cameli pilo spleneticis alligatur. *Brontia* capitibus testudinum similis fulmine icta restinguit, si credimus. *Cinædia* habitum maris præsagit, *Chalcophonos* nigra illisa æris tinnirum reddit, tragœdis, ut suadent, gestanda. Sic ex *Chelonitide* ad tempestates sedandas multa vaticinantur, & *Eumetrem* Beli gemmam superstitionibus gratam sæpius commemorant, *Gorgonia* nihil aliud, quam corallium, Fulminibus & typhoni resistere affirmant. *Gemanen* inimicorum pœnas efficere, *Heliotropium* gerentem conspici posse, negant, & quæ sunt innumera alia magicæ potius vanitatis, quam virtutis gemmarum indicia. (1) Undenam enim sint harum virtutes, nemo ex his prodiit, qui de *rerum proprietatibus* ingentia volumina ediderunt, non HERMES, non BOCHUS, non AARON, non ORPHEUS, non THEOPHRASTUS, non THEBIT, non ZENOTHEMIS, non ZOROASTER, non EVAX, non DIOSCORIDES, non ISAAC Judæus, non ZACHARIAS BABILONICUS, non ALBERTUS, non ARNOLDUS. (2) Neque nostrum interest, hæc anxie persequi, qui potius autores, qui de his commentati sunt, breviter subjicere constituimus.

Inter

(1) Plin. histor. natur. lib. XXVII.
(2) Agripp. de occult. philos. lib. I. c. 13.

Inter quos ob dignitatem regiam & ſapientiæ conſummatæ famam eminet, SALOMON *Rex Judæorum*, qui *de gemmis* diſſeruit, neque tantum, quo illæ pacto colores hos vel illos accipiant, vel gignantur & coaleſcant, verum etiam quis cujuscunque ſit uſus. Aliam enim pudicitiæ cuſtodem eſſe pronunciavit, aliam ſulphureis inflammationibus reſiſtere, aliam malos genios abigere. (1) Sed veluti ſuperius obſervavimus, multa huic Regi perperam tribui, nec hunc eſſe genuinum partum eadem aſſeverantia affirmare auſim. Alios Scriptores Caballiſticos de *gemmis* refert *Sabtai ben Salomon* in libro *labia dormientium* inſcripto Sect. II. Part. I. c. 7. *Salomon*

Inter *Ægyptios* primo loco prodit PROTEUS ille multiformis, quem de *lapidibus* ſcripſiſſe, *Antigonus Caryſtius* obſervat. (2) Extat etiam ſub HERMETIS nomine tale ſcriptum, quod bibliotheca *Thomæ* olim *Erpenii* ſervabat, An. Hegiræ 749. abſolutum. Sed & hæc ſubſcriptio confirmat, pleraque hujus opuſcula Arabes confinxiſſe, ut ſuperius diximus; & præclare errat, qui hic antiquum *Mercurium* ſomniat. Illo tamen uſus eſt *Albertus M.* in opere de mineralibus. (3) *Proteus. Hermes.*

Inter Chaldæos ZOROASTREM, qui ſcholam *Magorum* inſtituit, de *Zoroaſter.*

K *pre-*

(1) M. Glyc. annal. part. 2. ex Pſello. p. 183.
(2) Natal. Com. in mytholog. libr. 8. c. 8.
(3) Fabric. bibl. Græc, p. 71.

pretiosis lapidibus ſcripſiſſe commemorant; verum eadem in eo, quæ in *Hermete*, fabula agitur, nec certo hoc ejus opus fuiſſe conſtat, licet *Plinius* & *Suidas* noſtri aſſerti autores ſint, cum nihil de eo dicatur, quod in dubium vocari non poſſit (1) Huic quidem ut aliis antiquorum perſvaſum fuiſſe plurimum valere pretioſas terræ particulas, conceſſerim: Veluti ZACHALIAS *Babylonius* in his libris, quos ſcripſit ad Regem *Mithridatem*, humana gemmis attribuit fata: has non contentus oculorum & jocinerum medicina decoraſſe, a Rege etiam aliquid perituris dedit & litibus judiciisque interpoſuit: in præliis etiam eas ſalutares pronunciavit. (2) Sed libri eorum ad nos non pervenerunt.

Zachalias

Orpheus. Neque ORPHEI antiqui vatis opus eſt de *lapidibus*, quod *Jac. Lectius* in corpore Poetarum Græcorum, *Henr. Stephanus*, *Eſchenbachius*, (3) aliique plures typis exſcribi curarunt. Tribuitur quidem ei liber de gemmarum ſculptura, qui ab 80. gemmis *Ogdæconthalitos* inſcribitur. (4) Sed & hic fuit potius alterius cujuscunque quam illius ſapientis, cujus fata nos jam antea expoſuimus. Antiquitus enim, ut nunc affectabant præclarum nomen, ſuaque figmenta inſcribebant iis, quem præ reliquis, ſapientem & clarum exiſtimabant;

(1) Plin. hiſt. natur. lib. 37. c. 10.
(2) Plin. lib. 37. c. 10.
(3) Ultraj. 1689. 8.
(4) Svidas.

mabant; Quod tamen de omnibus affirmari nequit cum Græcorum præstantissimi, de nostro argumento, suas sententias literarum monumentis consignatas, posteris reliquerint; DEMOCRITUS *Hegesistrati* filius, celeberrimæ famæ Philosophus, qui ne lapidum virgultorumque vis lateret, ætatem inter experimenta consumsit (1) & BOLUS *Mendesius* Philosophus Pythagoricus *de sympathia & antipathia lapillorum* pretiosorum, (2) & ARISTOTELES *Stagyrites* communis quondam Præceptor, & THEOPHRASTUS *Eresius* ob divinum ingenium, & eloquii svavitatem merito commendandus, (3) cujus tractatus *de lapidibus* Ganiele Furlano interprete cum ejus scholiis & notis, ex Bibliotheca *Jo. Vincentii Pinelli* Hanoviæ 1605. f. & cum notis *Jo. van der Laet* Lugd. 1647. 8. prodiit.

Democritus.

Bolus.

Aristoteles ac Theophrastus.

Sed quid omnes commemorare necesse est, cum hoc complures susceperint, AGATHARCIDES *Samius* ALEXANDER *Aphrodiseus*, quem eo nomine laudat *Mich. Psellus* ARCHELAUS, ARISTOBULUS, DERCILLUS, DIONYSIUS *Rhodius* Masonii filius, DOROTHEUS, DRACO, HERACLITUS *Sicyonius*, NICIAS *Mallotes*, PHILOSTRATUS *Lemnius* Veri filius, SOCRATES, SOTACUS, quem per-

Aliique complures Græci.

K 2 peram

(1) Petron. in Satyr. p. 321.
(2) Svidas.
(3) Vitruv. lib. 7. c. 12. Laert. libr. 5. in vit.

peram *Tacum* vocat *Apollonius*, THEOPHILUS & THRASILLUS *Mendesius*, de quibus consuli poterunt historiæ philosophicæ autores; (1) Quandoquidem nobis constitutum est, hoc capite brevitatis esse memores.

Ex latinis Plinius. Inter Latinos palmam reliquis præripit, PLINIUS *Secundus*, nulli scientiarum cognitione secundus, naturæ solertissimus pictor. Is non librum, sed bibliothecam & thesaurum rerum naturalium cum strueret eum, sine gemmis & lapidibus pretiosis noluit, quorum historiam libro XXXVII. docte posteris tradidit.

Evax, Macer Floridus. Scripserat quidem jam tum ad *Neronem* librum *de gemmis* EVAX Rex *Arabum*, (2) & MACER FLORIDUS libros quinque *de re medica* ediderat, quorum postremus *de lapidibus & gemmis* erat. Sed quæ alterius nomine ex bibliotheca H. *Ranzovii* Lipsiæ 1585. 4. sunt vulgata, alterius vero a *Guilerono Gueroaldo* 1520. 8. & *Jano Cornario*, Frf. 1540. 8. a doctioribus ad *Marbodæum* referuntur, (qui & MARBOLDUS & Marbodus dicitur) fuitque secundum quosdam CAMBRO *Britannus*, Episcopus *Redonensis*, secundum alios Gallus *Cænomanensis*, ex cujus cognomine *Evans* lepide formarunt *Evax*. (3) Hic de *lapidibus* & *gemmis* libros metricos composuit, quos ob materiæ affinitatem & præter Sæculi genium elegantiam tribuerunt creduli anti-

(1) Suidas Voss. de hist. Græc. Jons. in histor. philosoph.
(2) Plin. histor. natur. libr. 25. c. 2.
Reines. in defens. variar. lection. p. 76.

antiquis. Ejus MSS. Codices servantur *Cantabrigæ* in collegio S. Benedicti, & *Oxonii* in collegio Balliolensi, aliumque habebat *Reinesius* qui nobiscum sentire non dubitat. Prodiit cura *Pictorii Villingensis* 1531. Friburgi, *Alardi Amsteledami*, Coln 1539. *Bollandi* etiam *Gorlei*, & *Jac. Gronovii* Lugduni 1695. Ad *Hildebertum* civitatis Cœnomanensis Episcopum mavult referre *Barthius*, (1) cujus opera nitidissime Paris 1708. f. ab *Ant. Beaugendre* sunt edita, qui plura, quæ huc spectant, commemorat, & nostrum 1123. obiisse dicit, quod anno 1050. factum fuisse affirmat *Pitseus*, (2) & sepultum apud *Andegavenses*.

Ad antiquiora redeo tempora: in quibus EPIPHANIUS, *Cypri* Episcopus, *de duodecim gemmis* in vestitu Aaronis fuit sollicitus, cujus opus cum corollario *Conradi Gesneri*, in opere ejus de fossilibus Tiguri 1566. 8. est excusum. Quod quidem argumentum BEDA itidem venerabilis presbyter Anglus libro singulari prosecutus est, & ulterius explanasset SAMUEL BOCHARTUS vir celeberrimus, (quem Johannem memoria lapsum *Reinesius* dicit (3) si opus *de gemmis* scripturæ absolvisset, de quarum Hebraicis nominibus epistolam exaravit PASCHASIUS *Epiphanius.*

K 3 US

(1) Barth. ad Claud. p. 704. & 1035. conf. Daumium ep. XI. p. 12. ad Reines.

(2) Pitseus de scriptor. Angl. Bartholin. de poet. medic. p. 128.

(3) Reines. epist. 13. ad Vorstium.

US BALDUINUS, *Talempiniensis*, Francisco Ruæo subjectam. (1)

M. Psellus. Præterea MICHAEL PSELLUS, notissimus Græciæ Philosophus, non quidem ille, qui *Michaelis* Ducæ Imp. juventutem rexit, sed senior quidam ex *Andro* insula oriundus, si *leonem Allatium* (2) sequimur: scripsit de *virtutibus lapidum* librum, cujus MS. in Saregica bibliotheca observat *Justus Ricquius*, (3) prodiit Tolosæ 1615. cum notis *Philippi Maussaci.* Ante eum Latine & Italice verterat *Adrianus Spigelius*, Philosophus & Medicus Patavinus & reliquerat monens genere *liberali Crema.* (4) Ejusdem Nomenclatorem gemmarum, quæ magis in usu sunt cum earum medicinis *Claudius Ancantherius* cum notis 1594. 8. edidit.

Sæculo XII. HENRICUS HUNTINGTONENSIS Ecclesiæ Lincolniensis Canonicus, scripsit *de herbis* aromatibus & *gemmis* libros VIII. (5) Quod Sæculo XIV. ADAMUS NIZARDE (6) bonarum artium Magister Oxoniensis, & JOANNES de MONTEVILLE, seu *Mandeville* studiose diligenterque fecerunt; qui quidem posterior licet Anglus, Lugduni sine anno edidit *le Lapidaire* exhibens virtutes & proprietates lapidum pretiosorum, antequam

(1) Svert. in Ath. Batav. Kœnig in biblioth.
(2) Allat. de Psellis p. 14.
(3) Ricquius epist. 29. centur. novæ.
(4) Voss. de philos. c. 5. p. 31.
(5) Balæus de scriptor. Britann.
(6) Id. nec non Pitseus de script. Angl.

quam anno 1372. naturæ debitum persolveret. (1)

De CAMILLI LEONARDI speculo Lapidum, & SCUDALUPIS famigeratissimo libro, *de sympathia septem metallorum, ac septem selectorum lapidum ad Planetas*, & nos superius jam disseruimus, & non sine cura celeberrimus noster *Morhoffius*. (2) Exponuntur in eo *Turchesiæ, Carneoli, Smaragdi, Adamantis & Saphiri Amethisti Magnetis, Chrystalli* eximiæ dotes, iisque intermixtis quibusdam chymicis arcanis metalla & Planetas appropriat. Ab omni superstitione adeo alienus, ut solus character, quo utitur, sit crux Salvatoris nostri dulcissimi. *Camillus Leonardus.*

Plura *de gemmis* alii tradiderunt ERASMUS STELLA Consul Cygneus in libello Argentorati 1530. 8. edito. FRANCISCUS RUÆUS *Insulanus*, Medicinæ Doctor; Qui syntagmati *de gemmis*, quæ in capite penultimo Apocol. Johannis recensentur, & aliarum proprietates adjecit, docens, quibus Diis seu planetis sacros crediderint antiqui lapillos. Prodiit Lutetiæ 1547. 8. Tiguri 1565. 8. Francof. 1596. 12 (3) adjecta epistola *Paschasii Balduini* Falempiniensis in agro insulano Canonici de gemmarum nominibus apud Ebræos, uti jam indicavimus, de quibus circa Annum 1656. GUILIELMUS TUR- *Erasm. Stella. Fr. Ruæus.*

(1) Ant. Verdier. in bibl. Gallic.
(2) Morhof. in Polyhistor.
(3) Miræus in elog. belgic.

Gv. Turnerus, Jean de la Taille, Remigius Bellaqueus. TURNERUS Medicus Anglus JEAN de la TAILLE de BONDAROY nobilis Belsiensis, (de Beauce) Lutetiæ 1574. 4. & REMIGIUS BELLAQVEUS, quem naturæ pictorem *Ronsardus* vocabat, (1) sollicite egerunt.

Nec jure illaudatam possumus prætermittere clarissimorum virorum memoriam, qui nostrum argumentum scriptis exposuerunt. *Hier. Cardanus.* HIERONYMI CARDANI *Mediolanensis* Medicinæ Doct. & Profess. celeberrimi, in cujus operibus studio *Caroli Sponii* Lugd. 1663. f. tomis X. nitide editis, *de gemmis* & coloribus tractatus extat. *Fortun. Liceius & Ulyss. Aldobrandus* FORTUNI LICETI *Genuensis* Philosophi & Medici Patavini & ULYSSIS ALDOBRANDI (sive ut alii legunt *Aldrovandi*) naturæ speculatoris sagacissimi, quorum utrique opus *de gemmis* tribuit *Laurentius Crassus.* (2)

Præterea de iisdem extant ANSELMI BOETII de BOOT *Bruggensis* Flandri Imperatoris Rudolphi II. Archiatri & Medicinæ Doctoris celeberrimi, Libri III. Francof. 1609. typis *Marnii* excusi, quos Lugd. Batavorum 1639. 8. recensuit *Adrianus Tollius*, & ib. 1647. 8. non ineleganti libello auxit JOANNIS LAET, Batavi, & Theophrasti. ANDREAS BACCIUS *Elpidianus* ex Italico in Latinum sermonem versus, cum annotationibus & observationibus

Wolf-

(1) Thuan. histor. libr. 64.
(2) Crass. in elog. part. I.

Wolfgangi Gabelchoveri Francof. 1603. 8. & 1643. 8. haberi cœpit. Notæ ſunt etiam doctioribus THOMÆ NICOLAI, ROBERTI BOYLE ingenioſisſimi viri, & NICOLAI VINETTE Medicinæ Doctoris, & Decani Rupellenſis *de gemmis* meditationes, ſed ad metam tendo, & primo indicaſſe digito, hac occaſione ſufficere videtur. *Th. Nicolai, Rob. Boyle, Nic Vinette*

Supereſt ſcrutinium PLANTARUM, quibus non minores vires, quam lapidibus, creduli largiuntur: cum ex omni antiquitate ſit notiſſimum, quid iis efficere Magi olim auſi ſint. Quis neſcit pollentes & malas herbas *Ovidii?* funeſtas *Tibulli*, prometheas *Claudiani*, magicas *Propertii*, pubentes *Lucani*, aut quas Theſſalia & Colchis protulit? His ſe omnia poſſe inepte ſibi perſvaſerant & *Æthiopide* herba amnes & ſtagna ſiccari conjectu, tactu clauſa omnia aperiri ſtatuebant. *Achæmenide* conjecta in aciem hoſtium trepidare agmina, & terga vertere. Ubinam iſta fuerit, cum Cimbri Teutonique terribili Marte ulularent, aut cum *Lucullus* tot Reges Magorum paucis legionibus ſterneret. *Latacen* legimus dari ſolitam a *Perſarum* Rege legatis, ut quocunque veniſſent omnium rerum copia abundarent, (1) ac multa ſimilia, quæ merito referre ſuperſedemus & ad ſcriptores nos convertimus, ſi & hic labor noſtram curam poſtulat. *De Plantis.*

(1) Plin. hiſt. natur. lib. 26. c. 4.

Scriptores. Eos enim jam ante Sæculum integrum enarravit CONRADUS GESNERUS, vir sine dubio doctus & diligens, in præfatione librorum *Hieronymi Tragi* de natura stirpium, quam Bibliothecæ Medicæ Basiliæ 1590. 8. adjecit *Paschalis* Gallus Picto Villafanensis. Extat etiam OVIDII MONTALBANI, (1) sive ut se vocat *Jo. Antonii Bumaldi*, Equitis & Professoris Bononiensis *Bibliotheca Botanica*, seu Herboristarum promota Synodica Bononiæ 1651. 12. edita, & JOSEPHUS PITTON TOURNEFORTIUS (2) Aquisextiensis, Medic. Doctor Parisiensis, *institutionibus rei herbariæ*, Isagogen *de Botanices scriptoribus* Parisiis 1700. 4. adjecit. Sed omnes eo vitio laborant, quod numero scriptorum certent, & omnes, si possent, recensere velint, dum nos rarissimos tantum & selecti argumenti sectamur.

Salomon. Inter quos ex *Hebræis* prodit SALOMON Judæorum sapientissimus, qui de Cedro Libani usque ad Hissopum disseruit; an vero hæc dicta scripto consignaverit, non æque constat. Fertur quidem hujus Regis nomine *Herbarium*, Arabica Lingua,(3) quod in paucissimorum quorundam manibus esse nonnulli volunt, quo multa in arte medica miracula patrent. Verum quod multi ipsius nomine abutantur, copiose superius ostendimus. Ex

(1) Placc. in theatr. Pseudon. n. 492.
(2) Hannöv. Ausus 1701. mens. Febr.
(3) Morhof. Polyhist. libr. I. c. 6. Procop. Gazareus ad 3. Reg. 4. v. 33.

Ex *Ægyptiis* HERMETI *Trismegisto*, tale scriptum tribuitur *de herbis sacris* 36. horoscoporum, Galeno teste, (1) & quidem 36. horoscopi dæmones erant, quibus subjiciebantur terrestria, & homo in tot partes divisus, quorum nomina lingua patria noverant, & invocatione eorum, se a quolibet membro, valetudinem fugare posse, sibi persvaserant (2). Sed splendida cum extarent tum fuerunt nugæ, & jam interciderunt, ut & Commentarii PROTEI *Ægyptiorum* antiquissimi, quem *Antigonus Carystius* virum sapientem fuisse tradit, & *de plantis* scripsit (3). *Hermes.*

Apud *Græcos* ORPHEUS primus omnium quos memoria novit, *de herbis* curiosius aliqua prodidit. Post eum MUSÆUS & HESIODUS *Polion* herbam mirati sunt. HOMERUS & quasdam nominatim herbas celebrat, ab eo PYTHAGORAS clarus sapientia primus volumen de earum effectu composuit *Apollini Æsculapioque*, & in totum Diis immortalibus inventione & origine assignata. Composuit & DEMOCRITUS, ambo peragratis Persicis, Arabiæ Æthiopiæ Ægyptique Magis. Fuit sane *Pythagoras* non sordidus autor, naturæ verique, summus Philosophus & rerum occultarum indagator sedulus, cui librum *de herbis magicis* tri- *Orphæus, Musæus, Hesiodus, Homerus, Pythagoras, Democritus.*

(1) Galen. libr. 6. in princ. de simplic. medicam. facultat.

(2) Origenes libr. 8. adv. Celsum.

(3) Natalis mytholog. libr. 8. c. 8.

tribuit Plinius, (1) alium de *Scylla*, alium de *Brassica*, si *Aldobrandino* standum, quæ nostro quidem judicio unico commode fasciculo comprehendi potuerunt. Nec me fugit hoc volumen ejus a quibusdam CLEEMPORO Medico adscribi, *Pythagoræ* pertinax fama antiquitasve vindicant, & id ipsum autoritatem voluminibus affert, si quis alius curæ suæ opus illo viro dignum judicavit: quod fecisse *Cleemporum* cum alia suo & nomine ediderit, quis credat? DEMOCRITI liber *Chirocineta* vocabatur, in quo mirabiles effectus ex Magorum sententia tradebat, quorum erat studiosissimus. Hoc Chirocinetæ verbum male habet plurimos doctorum, aliis ita dictum existimantibus, quod assidue manibus tractari deberet, in quibus Dalecampius, (2) aliis mire fluctuantibus & *hirometa* legentibus quasi sacros labores dixeris & abditissimis sensibus refertos. Salmasius (3) pro voce Chirocinetæ *Chiroemeta* substituit ab obsignata cera, quod experientiam earum rerum in eo traditarum habuerit, quam habere non potuit, si magiæ artium vanissimæ tantum indulsit quantum tradit *Plinius*, non sine bile *Gellii*, (4) qui integrum caput de portentis fabularum, quæ *Plinius* secundus indignissimo in *Democritum* Philosophum confert, noctibus suis inseruit,

Veri-

(1) Plin. hist. nat. libr. 24. c. 17. lib. 19. c. 5. libr. 20. c. 9.
(2) Dalech. in. not. ad Plin.
(3) Salmas. in not. ad Solim. p. 1100.
(4) Gell. libr. 12. c. 10.

Veritas in medio est, & dum veritatis sumus adeo studiosi, eam in medio relinquimus, nec de HIPPOCRATE multis verbis utar, qui primus medendi præcepta clarissime condidit, cujus volumina refecta herbarum mentione invenimus, nec minus DIOCLIS CARISTII, qui secundus ætate famaque extitit, item PRAXAGORÆ & CHRISIPPI ac deinde ERASISTRATI. (1) Notasse sufficit BASSUM, CRATERAM, CTESIPHONTEM, DIONYSIUM, DIOSCORIDEM *Anazarbeum*, EPICURUM, HERACLIDEM, METRODORUM, NICERATUM, NIGRUM, PETRONIUM, PHANIAM *Eresium*, RUXUM *Ephesum* de plantis scripsisse, quorum maxima pars intercedit, injuria temporum; quamvis evitarit ARISTOTELES *Stagirites* cujus opus *de plantis* extat, THEODORUS GAZA vir doctissimus in Latinam linguam transtulit & *Francisc. Bonazides* Commentario donavit. Extat etiam THEOPHRASTI *Eresii* de plantis liber, in quem annotationes ediderunt *Cæsar Odo, Scaliger, Dan. Heinsius* aliique uti egregia multa in eum tentabat. *Jo. Brodeus a Stapel,* quibus in mortuus est. Aliam profert sententiam *Augustinus Niphus*, conjecturans libros Aristotelis esse Theophrasto adscribi, sed haud validis illud confirmat augmentis; cum *Theophrasto* vindicet antiquitas & *Hephæstion* Medicus jam olim frustra sibi adscribere conatus sit,

Hippocrates aliique complures.

(1) Plin. histor. nat. lib. 26. c. 2. & lib. 25. c. 2.

fit, ut autor est *Athaneus*. *Andrantius*, etiam quæ apud Theophrastum in Libris de plantis & in earum historia, & in Philosophi verbis dubia sunt quinque Libris exposuit. (1)

Sed misso Theophrasto ad eos devolvitur oratio, qui insignia Magorum in colligendis herbis attigerunt, qualis APOLLODORUS, assectator *Democriti*, (2) (de ALEXANDRO & THESSALO superius diximus) ANDREAS itidem & PAMPHILUS quos graviter de herbis scribentes corrigunt *Galenus*, (3) ex fide tantum aliorum, citra ullam explorationem, sua retulisse arguens; similis præconibus (ut *Heraclides Tarentinus* eos comparare solebat) qui fugitivi alicujus mancipii etiam nunquam ab iis conspecti, notas quas auditu acceperint describunt. Sic sane (pergit Galenus) libros explevit annexo ad quamque herbam nominum acervo, deinde etiam exponens, si qua ex homine ferebatur transformatio, tum epodas seu incantationes & libationes atque thymiamata, quæ in colligendis iis adhibebantur, adscribens, nec non & alias ejusmodi præstigiaturas. Nec melius audit eidem (4) XENOCRATES Medicus Aphrodisiensis annicula collectrix & fabulator insignis. Cujus tamen Manuscriptum *de influen-*

(1) Ather deipnos. p. 673. Fabric. bibl. Græc. lib 3. c. 9. p. 235. Paschal. bibl. medic. part. 2. p. 322. Gesner. ad Tragum.

(2) Plin. lib. 24. c. 17.

(3) Galen. libr. 6. simpl. medicam. Moreau de Schol. salernit. c. 19. p. 323.

(4) Galen. libr. 10. simpl. medicav. in procem.

fluentiis Planetarum incorpora in Manuscripto Codice Bibliotheca *Jo. Rhodii* superfuisse, fidem facit *Thomasinus.* (1) Quibus subjicere possum veterem Poëtam Græcum *de viribus herbarum.* Deo alicui consecratarum quem cum admodum rarus esset, & quibusdam ineditus crederetur, in Bibliotheca Græca, cum versione & notis D. *Jo. Renfortii* recudi fecit Illustr. *Fabritius.*

Antiqui scriptores de qualibet herba

Qui in specie singularem diligentiam singulis plantis adhibuerunt, referre supersedeo. De *brassica* notum est CHRYSIPPUM singularem librum scripsisse per singula membra hominis digestum, quam & DIEUCHES PYTHAGORAS & CATO, maxime celebrarunt. MUSÆUS & HESIODUS *Polion* herbam mirati sunt, *Euphorbiam* JUBA Rex ARISTOGITON *anonymon* herbam PLAUCIAS Medicus circa *carduos* fuit diligentissimus, ANTONIUS MUSA & APULEJUS circa *Veronicam* CALLIMACHUS circa *trifolium* MOSCHION circa *Raphanum.* DIOCLES circa *rapum* PHANIAS Eresius Peripateticus circa *Urticam* GAMOCRATES circa *Iberidem* herbam!

Exteri Mago, Mi-

Cæterum apud exteros præclara est MAGONIS *Pæni,* MITHRIDATIS Regis *Ponti* & EVACIS Princi-

pis

(1) Thomasius in Bibl. Manuscripta Batav.

(2) Plin. lib. 20. e/9. lib. 25. c 2. & 8. libr. 20. c. 23. lib. 19. c. 5. Agripp de vanit. scient. c. 83. Zvvinger theatr. vit. human. vol. V. libr. 2. p. 1234.

thridates Evax. pis *Arabiæ* fama, qui sollicite plures libros *de plantis* reliquerunt, quos omnes in usum suum solicite Romani transferre non dedignati sunt. Scilicet Carthagine expugnata cum variæ Bibliothecæ variis Regulis Africæ darentur Magonis Pœni XXXII. volumina de re herbaria & agricultura Senatus sibi servavit, & in latinam lingvam transferenda censuit, peritis Linguæ Bunicæ dans negotium, in qua præcessit omnes, Vir clarissimæ familiæ *Dec. Syllanus.* Eadem ista libris XX. in lingvam græcam vertit *Cassius Dionysius*, & *Sextilio* Prætori misit, nova ad VI. Libros redegit *Diophanes* in Britynia & *Deiotero* Regi obtulit (1) *Mithridatis* Commentarios Romani obtinuerunt, cum maximum sua ætate Regum debellasset *Pompejus*, qui omni regia prœda potitus, in arcanis ipsius herbarum invenit vires descriptas, & effectus ab hominibus subjectis, qui fuere magna pars terrarum exquisitus, quos a *Pompejo Lenæo* liberto suo Grammaticæ artis doctissimo, transferri jussit & vulgari. (2) De *Evace* jam superius diximus.

Cives Romani Cato Valgius & Macer Igitur dicendum potius de Civium Romanorum in hac parte Literarum meritis quæ propria virtute, sibi pepererunt. Inter quos eminet M. PORCIUS

(1) Plin. libr. 18. c. 3. Varro libr. I. c. 1. de R. Rust. Crinit. de honesta discip. I. libr. 4. c. 2.

(2) Plin. lib. 25. c. 2.

CIUS CATO municipio Tusculo ortus, optimus Senator, optimus Imperator, optimus Orator, denique omnium bonarum artium Magister (1) qui *de herbis* non pauca prodidit. Post quem unus illustrium tentavit CAJUS VALGIUS eruditione spectatus imperfecto volumine ad Divum *Augustum*. Quibus temporibus & MACER FLORIDUS de eodem argumento scripsit, sive *Æmilius Macer* Veronensis insignis Poeta, cujus *Ovidius* tanquam coævi meminit, (2) & *Lucretio* comparat *Quintilianus*. Sed quo major ipsius fama, eo anxius ipsi librum de viribus herbarum, qui cum explicatione *Guilielmi Gueroaldi* & *Simonis Lowiz* prodiit, docti asserunt. (3) Antiquissimum illum esse vatem, cum *Pictori* contendit *Theophrastus Paracelsus*; Sed in optimorum autorum cognitione eorum judicio, semper stare nolim. Juniorem, quingentorum tamen annorum existimabat *Barthius* (4) valde interpolatum concedens, quod Monachis fuerit familiarissimus. Ad *Marbodæum* referri quibusdam diximus, ab aliis ob similitudinem styli tribuitur *Ægydio* (5) Monacho, qui *de urinis* scripsit.

Floridus & Vettius Valens.

L ipsius

(1) Plin. lib. 7. c. 27.
(2) Ovid. lib. 4. epist. 16. ex Ponto.
(3) Reines. ad Daum. epist. 8. & 9.
(4) Barth. adversar. lib. 17. c. 1.
(5) Gesner. in præfat. ad tr. Tragum.

Ipſius initium eſt in membranis Argentinenſibus:

Herbarum vires dicturus carmine quidem
Dicam nunc primo, valeat quid mater earum.

Nos potius ad VETTIUM ſeu Vectium Valentem tendimus, inſignem Medicum & Aſtrologum, qui quænam corporum naturalium ſpecies attribuantur planetis ex antiquis expoſuit. Hic quidem vixit ſub *Claudio*, ſi idem eſt cum Valente illo, qui iſta ætate ob conſuetudinem *Meſſalinæ*, eam nactus eſt potentiam, ut novam ſectam in Medicina condiderit. Sed *Scaliger Seldenus*, & *Reineſius* ab hoc Medico Romano diſtinguunt *Antiochenum* Aſtrologum, à quibus utrisque diverſus eſt *Valens* Aſtrologus, qui ſub *Conſtantino M.* Thema Conſtantinopolis compoſuit; de quibus plura inter Aſtrologos. Ejus locum prodit.

